Bł. Jerzy Matulewicz

SCRIPTA ACADEMICA

=======

BIBLIOGRAFIA BŁ. JERZEGO

Wydali:
Ks. Jan Bukowicz MIC
Tadeusz Górski MIC

Warszawa 2002

WPROWADZENIE

Po studiach filozoficzno-teologicznych w Seminarium Duchownym w Kielcach, a po jego zamknięciu przez władze carskie, w Warszawie, w 1895 roku Jerzy Matulewicz został przez swojego biskupa skierowany na studia specjalistyczne do Cesarskiej Rzymsko-Katolickiej Akademii Duchownej w Sankt Petersburgu, gdzie studiował przez cztery lata.

Zgodnie z regulaminem uczelni, po trzech latach studiów, alumn winien uzyskać stopień kandydata. Matulewicz specjalizował się w teologii moralnej dlatego też pracę kandydacką pisał z tej dziedziny pod kierunkiem profesora Jana Maculewicza na temat: „De momento Sancti Alphonsi in historia theologiae moralis" (O roli św. Alfonsa w dziejach teologii moralnej). W pracy tej autor najpierw przedstawia stan ówczesnej teologii moralnej i na tym tle uwypukla system św. Alfonsa, założyciela Zakonu Redemptorystów. System ten św. Alfons nazwał ekwiprobabilizmem (Aequiprobabilismus). Można by go najkrócej przedstawić w następujący sposób. W przypadku wątpliwości istnienia prawa moralnego, zakazującego jakiegos czynu, kiedy opinie za i przeciw dzielą się równomiernie, można opowiedzieć się za wolnością, czyli przyjąć, że prawo nie istnieje. Jeżeli zaś istnieje wątpliwość, czy prawo dotąd istniejące przestało już obowiązywać, a

opinie o tym są równe lub niemal równe, należy sądzić, że prawo istnieje. We wszystkich innych wątpliwościach należy prawo zachowywać. W ten sposób św. Alfons pozbawił znaczenia twierdzenia probabilistów, probabiliorystów, rygidiorystów i laksistów.

Po zakończeniu czteroletnich studiów można było uzyskać stopień magistra, przedstawiając następną pracę, już znacznie obszerniejszą. Ks. Matulewicz był już wówczas kapłanem. Pod kierunkiem tego samego profesora Jana Maculewicza przygotował tezę także z teologii moralnej, pod tytułem: „De bello" (Wojna). W tezie tej przedstawił trzy problemy związane z wojną:

„1. Utrum bellum sit intrinsece malum et nunquam licitum?" (Czy wojna jest zła ze swej istoty i zawsze niegodziwa?).

„2. De honesto modo agendi bellum" (O toczeniu wojny w sposób uczciwy)

„3. Quid sit sentiendum de pace aeterna?" (Czy możliwy jest trwały pokój?)

W swojej pracy Autor na pierwsze pytanie odpowiada twierdząco, a mianowicie: wojna ze swej istoty jest niegodziwa. Jest sprzeczna ze zdrowym rozsądkiem, z godnością człowieka, a także sprzeciwia się przykazaniu Bożemu: „Nie zabijaj". Czy jednak może być niekiedy godziwa? Tak. Napadnięty człowiek może się bronić. Podobnie i zaatakowane państwo ma prawo do obrony, jeżeli środki pokojowe okażą się nieskuteczne

Czy można toczyć wojnę uczciwie, przyzwoicie? Autor zdecydowanie potępia prowadzenie wojny dla znęcania się nad ludźmi, dla ich ograbienia, wyniszczenia. Wzdraga się na opinie teologów, dopuszczających bezlitosne krzywdznie

pojedynczych osób, rodzin czy całych społeczności, a także nienawistne, bezmyślne niszczenie mienia. Autor przedstawia szczegółowo jak zdobywcy winni traktować poszczegolne kategorie osób na zajętych terenach.

A wreszie trzecie zagadnienie: Czy jest możliwy wieczysty pokój? Odpowiada następująco: Trwały, wieczysty pokój jest możliwy i byłby on zgodny z naturą ludzką. Przedstawia go św. Augustyn w swoim dziele „De civitate Dei". Taki pokój ludzkość starała się osiągnąć już od najdawniejszych czasów, ponieważ wszyscy ludzie pragną pokoju i podejmują wysiłki, aby go osiągnąć.

Autor przedstawia liczne propozycje i próby osiągnięcia wieczystego pokoju i opowiada się za interwencją międzynarodową, dla jego osiągnięcia, choć i w takiej interwencji widzi słabe strony i braki.

Błogosławiony Jerzy żył pośród dwóch narodów podbitych i zniewolonych przez Rosję i w takich właśnie sytuacjach widział także przyczynę braku pokoju. Wypowiadając swoje ale także i tych narodów pragnienia pisał:

„Państwa, aby mogły nieść pokój innym, muszą najpierw zatroszczyć się u siebie o pokój religijny, ekonomiczny, społeczny. Kto zatem przedstawia propozycje pokoju, nie może pomijać milczeniem sytuacji wewnętrznej poszczególnych krajów, a zwłaszcza własnej. Trzeba się zatroszczyć o to, aby społeczności narodowe nie tylko pomiędzy sobą, ale przede wszystkim u siebie pokój budowały i utrwalały. Byłoby rzeczą niegodziwą pomijać milczeniem prawa i położenie narodów, podbitych przez inne, a zwłaszcza w naszych czasach, kiedy dążenia narodowościowe coraz bardziej się szerzą, gdy narody budzą się do życia, do wolności i każdy dąży do odzyskania swoich praw".

Aby w Akademii Duchownej w Petersburgu uzyskać stopień magistra, który byłby nie tylko stopniem kościelnym, ale także miał znaczenie państwowe, należało ponadto opracować tezę z literatury rosyjskiej. Tę dodatkową pracę pisali tylko niektórzy, najzdolniejsi studenci, którzy byli dobrze obznajomieni z literaturą rosyjską. Podczas studiów Jerzego Matulewicza przedmiot ten wykładał Mikołaj Niekrasov. On też był promotorem jego pracy dyplomowej z literatury. Tytuł pracy brzmiał: „О баснях Крылова".

Błogosławiony Jerzy w swojej tezie omawia twórczość Kryłova, jako bajkopisarza. Kryłow był bajkopisarzem z powołania. W jego bajkach nie tylko język był rosyjski, ale całą treść swoich bajek brał wyłącznie z życia Rosjan. W swoich bajkach przedstawiał przyrodę rosyjską. Nawiązywał do historii Rosji, ale najczęściej opisywał rodaków mu współczesnych. Swoimi bajkami pragnął jakby uwspółcześnić historię. Bohaterów bajek obdarzał cechami współczesnych Rosjan. Wyśmiewał wady i śmieszne przyzwyczajenia swoich rodaków. Mimo tego, a może właśnie dlatego jego bajki były bardzo szeroko znane, czytane i lubiane.

Do oryginalnego opracowania bajek Kryłowa zostało tu też dołączone jego tłumaczenie.

Wszystkie trzy pisma akademickie bł. Jerzego są tu publikowane po raz pierwszy.

Na końcu publikujemy wykład bł Jerzego, na temat nauki Kościoła o prawie własności, wygłoszony na rozpoczęcie pracy profesorskiej, podczas inauguracji roku akademickiego 1907/08 w Akademii Duchownej w Sankt Petersburgu..

Do niniejszego tomu dodano Bibliografię pism bł. Jerzego oraz wszystkiego, co napisano o nim.

DE MOMENTO S. ALPHONSI

IN HISTORIA THEOLOGIAE MORALIS

St. Peterburg 1898

Ut perspicere liceat, quid nam perfecerit S. Alphonsus in doctrina morum, necesse est ut delineamus paucis, quis fuerit status Theologiae Moralis ante S. Alphonsum, quidque ipse in ea egerit, tum ut consideremus, in quo praecise S. Alphonsi consistat systhema. Et hisce iam sua sponte patebit et praecellentia systhematis S. Alphonsi prae ceteris systhematibus et ipsius S. Doctoris momentum in doctrina morum.

Saeculo XVII propter exortam Iansenistarum haeresim doctrina morum tristia fata experta est. Isti haeretici praeter alia falsa et contraria principia christianae doctrinae, tenebant quoque, „quaedam praecepta Dei impossibilia esse ad implendum eo, quod deesset gratia ex parte Dei, qua accedente illa possibilia essent homini." Quod placitum ut adstruerent, praetendebant illi nimiam saeveritatem in doctrina morum et sub specie fervoris et pietatis rigorismum propagabant et multos eosque claros viros ad suas traxerunt partes ut Collet, Alexand. Natalem, Pascal.

Iansenistis sese opposuerunt sacerdotes e Societate Iesu aliique docti. Sed quod saepe contingit in aestu pugnae plures ex eis modum excesserunt et sese inclinarunt ad laxismum. Itaque ea aetate duo videmus Theologorum castra, quorum alii nimiam saeveritatem, alii nimiam benignitatem in doctrina morum sequebantur. Deerat media via.

Eis in adiunctis Divina Providentia datus est S. Alphonsus. Is natus est Neapoli. Cum vix septimum decimum

ageret annum, laurea doctoratus utriusque iuris redimitus est. Sed mature perspiciens periculum saeculi, Deo se devovit; fundavit Congregationem Redemptoristarum. Mortuus est anno 1787 consecratus Episcopus. Initium suorum laborum in campo Theologiae Moralis S. Doctor fecit an. 1743, quo edidit in lucem „Medullam Theologiae Moralis" Busenbaumi. Quod opus cum non sufficeret, S. Doctor an. 1753 edidit suam „Theologiam Moralem". opus fundamentale, cum maxima cura, eruditione, perspicacitate elaboratum. S. Doctor in hoc opere praemittit textum Busenbaumi, ei subiungit varias Theologorum opiniones utriusque castri et benignas et rigidas cum propriis rationibus, dein has opiniones ponderat, suumque profert iudicium. Multa etiam, quae desiderabantur apud Busenbaum, propria adiecit exaravitque marte. Postea S. Alphonsus edidit etiam duo opera moralia: „Homo Apostolicus" et „Praxis Confessariorum", in quibus iam ultimo stabilivit suum systhema aequiprobabilismi. Nonnulli auctores ut Beltarini negant S. Alphonsum tenuisse aequiprobalismum et redeant maxime ad eius opera ante an. 1762 edita, ut suam sententiam probarent. Revera S. Doctor non statim amplexus est aequiprobalismum, ut patet ex quibusdam eius dissertationibus; saepe vacillat. Sed ab an. 1762 iam stabilivit suum systhema aequiprobabilismi. Quod manifestum est tum ex eius opere „Homo Apostolicus", tum ex Epistolis, tum ex dissertatione Defensoris, cum agebatur de offerendo titulo Doctoris S. Alphonso.

Systhema S. Alphonsi est Aequiprobabilismus. Iam quoad usum opinionis probabilis duo sunt discernenda, utrum agatur de dubio facti, an dubium sit de honestate actionis. In dubio facti, cum agitur scilicet de fine necessario obtinendo, vel de periculo damni et mali absolute vitandi omnes consentiunt usum probabilismi esse illicitum, cum finis

necessario obtinendus et damnum absolute vitandum non pendeat a nostra conscientia, sed a mediis adhibitis. In dubiis vero de honestate actionis, cum agitur de periculo transgrediendae legis, Theologi in varias abeunt sententias, variaque fingunt systhemata, quae ad haec possunt revocari ad systhema Rigoristarum, qui tenent semper tutiorem esse sequendam partem, quae iuxta alios est sola absolute certa, iuxta alios vero sufficit moraliter certa vel probabilissima opinio. Priores dicuntur strictiores Rigoristae, et sunt damnanti. Cum ad Laxistarum, qui statuunt licere sequi opinionem stantem pro libertate modo sit illa aliqualiter probabilis; hoc systhema pariter est damnatum. Ad systhema Probabilioristarum, qui docent, tenendam esse tutiorem pro lege, nisi pro libertate sit certo et manifeste probabilior ad Probalistarum, qui affirmant fas esse sequi opinionem probabilem pro libertate, relicta etiam probabiliore pro lege, modo sit illa quae pro libertate est vere probabilis. Huius classis Theologi in varias abeunt sententias, prout probabilitatem pro libertate exigunt relativam, quae oritur ex comparatione opinionum pro utraque parte dubii; vel dicunt sufficere absolute probabilem in se, sine comparatione, opinionem pro libertate, ut haec vincat. Tandem S. Alphonsi venit systhema Aequiprobabilismi, qui docet in dubio in concursu opinionis aeque vel fere aeque probabilis pro lege et pro libertate, si agatur de existentia legis, vincere libertatem, si vero agatur de cessatione legis, praevalere et sequendum esse legem. Quasi tessera huius systhematis est opinio, pro qua stat possessio, dummodo sit saltem aeque probabilis. Extra casum aequiprobabilitatis docent fautores eius systhematis moralis sequendam esse opinionem, quae sit unice probabilis vel certe probabilior.

Systhema S. Alphonsi in eo distinguitur ab aliis systhematibus, quod contra Rigidioristas et Probabilioristas tenet, in dubio de existentia legis in concursu duarum opinionum aeque vel fere aeque probabilium fas esse sequi opinionem faventem libertali. Contra vero Probabilistas, quod in dubio de cessatione legis in eodem concursu opinionum, sequendam esse opinonem faventem legi: demum contra Laxistas, quod in concursu probabilioris pro libertate, tenendam esse opinionem pro lege.

In systhemate S. Alphonsi duo sunt discernenda, quae ei sunt propria: methodus procedendi et principia, quae adhibet. Methodus S. Doctoris in hisce consisti.

1) Semper inquirenda est veritas cum diligentia morali proportionata gravitati et rei et dubii.

2) Si veritas inveniri non potest, ponderandus est valor opinionum non solum absolute sed etiam relative, id est instituenda est opinionum comparatio.

3) Post opinionum comparationem, videndum est, in quali dubio versemur. Si opiniones sunt aeque vel fere aeque probabiles se elidunt, remanet dubium strictum; si una ex opinionibus probabilior, excessus probabilitatis trahit mentem, habemus dubium latum.

4) Perspecta natura dubii, aplicanda sunt principia, quae alia sunt in dubio stricto, alia in lato. In dubio stricto haec duo valent: „Lex dubia non obligat", „In dubio melior est conditio possidentis." Seu in dubio stricto circa existentiam legis, licet sequi opinionem faventem pro libertate; in eodem vero dubio circa cessationem legis, possesio stat pro lege, sequenda lex. – In dubio lato valet illud: „In obscuris quod est verisimilius, eligendum est." Sequenda est opinio, quae propius accedit ad veritatem, quae est probabilior. Sed in eodem actu non licet utramque dubii partem amplectari; si eligatur opinio

favens libertati, iam in omnibus eadem est sequenda et in eis quae favent et in eis qua adversantur libertati. Verbi gratia: in dubio de valore testamenti, si quis amplectatur opinionem pro eius validitate, non potest praetendere nullitatem legatorum et eorum quae ipsi in eodem testamento minus favent. Cum vero dicimus sequendam esse opinionem quae est probabilior vel aequeprobabilior non loquimur de absoluta necessitate eligendi probabiliorem; teneri enim potest tutior pro lege, saltem ubi agitur de lege sibi applicanda.

Facta comparatione systhematis S. Alphonsi cum aliis systhematibus Moralistarum expositaque eius natura iam sua sponte sequitur praecellentia systhematis Alphonsiani prae ceteris systhematibus pariter et meritum S. Alphonsi in Doctrina Morum et momentum .

Sane systhema S. Alphonsi ceteris praecellit eique adiudicanda prae ceteris est palma, nam illud neque ad dexteram neque ad sinistram deflectitur, sed mediam proponit viam optimeque consulit et bonis moribus et saluti tranquillitatique animarum. Cavenda enim est conscientia et nimis larga et nimis stricta, quia prima dicit malum bonum, altera e contra; prima salvat damnandos, altera damnat salvandos. Optima est via media. Id vero competit systhemati Alphonsiano. Revera systhema S. Alphonsi praecavet hallucinationem proprii amoris: imponit enim obligationem in dubio ponderandi non solum opinionem pro libertate, sed etiam pro lege; hinc praecludit viam laxismo. Tum praecavet scrupulos, quia hoc systhema non exigit strictam aequiprobabilitatem, sed sufficit, ut sint fere aequiprobabiles opiniones; itaque ad parvum excessum in probabilibus non attendit. Ubi vero excessus probabilitatis est notabilis, ibi iam certo perspici potest et nulla fluctuatio dari potest. Systhema S. Alphonsi pariter et facillimum est; duo enim tantum exigit

videre quale sit dubium, et cui faveat possesio. Hisce perspectis iam liquet, quid sit agendum, pro qua parte sit standum vel stari possit.

Sicut ex fructibus cognoscitur arbor, ita et S. Alphonsi meritum et momentum inferri potest et debet ex eiusdem opere – systhemate morali quod stabilierat. Quamquam et alia systhemata non sunt damnata, exceptis Rigorismo strictiore et Laxismo, tamen aget rectissime, qui sequetur S. Alphonsum.

Hinc nil mirum, quod cum tanti sit valoris S.Alphonsi systhema, tamque praecellet ceteris systhematibus tutissimamque et rectissimam proponat viam, mediam, quod illud systhema est approbatum a S. Sede in operibus S. Doctoris, et quod hodie, licet non defuerint initio, qui illud impugnarent, S. Alphonsus est ceu norma Theologis in doctrina morum, eumque hodie communiter sequuntur.

Momentum S. Alphonsi in historia Theologiae Moralis ex eo quoque perspicitur et cressit quod S. Alphonsus in tanta confusione opinionum in rebus morum calluit vera a falsis, recta a minus rectis discernere, quodque hominibus fluctuantibus, prout ea aetate evenit, proposuit, indicavitque viam mediam eamquae et facillimam et rectissimam ita ut S. Alphonsus in historia Moralis Theologiae vix ne vix quidem alicui comparari possit.

Настоящая диссертация препровождается к п.г. Профессорам Императорской р. к. Духовной Академии для рассмотрения и обозначения на семже времени прочтения и своего о ней мнения. 29 мая 1898 г.

Ректор Академии – Епископ Недзялковский.

Читали:

Ад. Проф. Кс. Мацулевич
Проф. И. Цепляк
Проф. Кс. Ретке
Кс. Ф. Джевецкий
Кс. Л. Гавронский
Кс. К. Ставинский

DE BELLO

Dissertatio

quam ad obtinendum gradum Magistri S.Th.

scripsit

GEORGIUS MATULEWICZ Th. C.

R. C. Academiae Petropolitanae

Alumnus

Petropoli MDCCCIC

1. Utrum bellum sit intrinsece malum et numquam licitium?

2. De honesto modo agendi bellum

3. Quid sit sentiendum de pace aeterna?

Orbem nostrum diceres armis horrescere. Regna videntur certare inter se conscribendo augendoque exercitu. Arma iam adeo funesta etiam cum funestioribus communtantur. Populis gementibus nova atque nova imponuntur tributa, quae tantis exercitibus sufficiant alendis. Omnia videntur in bellum vergi.

Opportunum igitur est videre quid religio, quid sana ratio de bello? Utrum damnet omne an vero permittat aliquod, quibus tandem legibus?

Cum vero res saeva sit bellum cumulumque malorum ac calamitatum secum trahat, mortales semper tenentur desiderio pacis gratae. Quid ergo? Itane fatale est bellum, ut nunquam nos cruciare desinat, an vero instabunt aliquando beata illa tempora cum in terris pax aeterna regnatura sit?

Atque haec sunt, quae dissertatione nostra suscepimus explicanda. Profecto res tantae molis est, ut tam brevi nisi summatim percurri non possit. Nolim igitur culpae vertas, quod multa praetermissa, quaedam non ea vi ac claritate, qua par est, proposita inveneris. Sed iam ad rem accedamus.

I. Utrum bellum sit intrinsece malum et numquam licitum?

Primum verba facimus, utrum bellum sit intrinsece malum, necne?

1. Antequam quaestionem adeam, haec tria praemonita voluero. Bellum consideramus ut oculis nostris observatur, scilicet ut statum luctaminis inter societates independentes vi armisque.[1] Ab iustitia vero belli vel iniustitia interim abstrahimus cogitationem. Recte enim H. Grotius: „Id ipsum, inquit, quaeri potest, sitne aliquod bellum iustum?"[2]

2. Inquirimus quaenam sit moralitas, quam habeat actus bellandi non „in individuo", sed „in genere suo", ex obiecto.[3] A fine quo certantes agi possunt ceterisque circumstantiis quae

---

[1] Varii varie bellum concipiunt et describunt. Non enim ex natura rei petunt definitionem sed id esse dicunt bellum quod volunt sit, non vero quod est. De hac re fusius : Мартенсь. Ф., Современное Международное Право, СП. 1888, t. II, p. 472; Chr. Wolfius, Jus naturae, p. I, § 1102; H. Grotius, De iure belli et pacis, l. I, cum adnotatione Coccei; optimam definitionem videtur praebere: Bruder, Staatslexicon; v. Krieg, Der Krieg ist ein phisischer Kampf in dem zwei Staaten versuchen gewaltsam einen Gegensatz der Interessen und Aussprüche dadurch zu überwinden, dass jeder derselben mit Ausspannung aller seiner Kräfte die Mittel zu vernichten strebt derer sich der Gegner zur Aufrechthaltung seines Willens bedient".

[2] Hugo Grotius, De iure belli et pacis, l. I, c. II, § 3, n. 2.

[3] Quid sit obiectiva et subiectiva moralitas in genere suo et in individuo, remittimus ad Theologos: A. Lehmkhul, Teol. M., t. I, § 2; Simar, Moraltheologiae, § 53; Pruner, Moraltheologiae , 1883, p. 33.

vel producunt bellum vel exortum comitantur interea praescindimus

3. Cum bellum dicimus esse intrinsece malum intelligimus malum conditionate. In moralibus vero intrinsece malum dicitur id quod natura sua ita repugnat recto ordini, ut necessario prohiberi debeat. Distinguitur triplex: absolute malum, quod nunquam potest fieri bonum, quia semper repugnantiam involvit cum recto ordine independenter a quacunque circumstantia, necessario et immutabiliter, ut odium Dei, blasphemia; conditionate malum, quod quandoque, certa conditione posita, licitum esse potest; quia nimirum eatenus tantum repugnat recto ordini, quatenus laedit dominium alterius, Dei vel hominis; quapropter licitum evadere potest cum tale dominium seu ius non laeditur ut concessione Dei vel hominis, cessatione iuris alieni, ut exemplum afferam, occisio hominis est intrinsece mala, sed conditionate tantum; interdum enim iussu Dei vel permissione licita esse potest, item ablatio rei alienae; ralative malum, quod est tale ratione periculi, quod ordinarie adiunctum habet, ut lectio libri pravi, aspectus turpis; haec data causa iusta et remoto periculo, licita fieri possunt.[4]

Hisce praemissis respondemus bellum esse intrinsece malum: Rectus enim ordo est pax. „Omnia, inquit S. Thomas,[5] appetunt pacem", et tendunt ut eam assequantur. Atque Seneca:[6] "Repugnat, inquit, naturae humanae arma tractare, ut quae est mitis et placida, a Deo creata divinae naturae proxima; non munita cornibus ut tauri; non instructa dentibus ut apri; non ab unguibus parata ut leones", sed ad pacem composita. Atqui bellum turbat pacem. Sed dices „bellum sic opponi paci,

[4] De malo morali.
5 22, q. 29. 2.
[6] C. I, Controv.

ut sit etiam medium ad eam; hoc interesse inter bellum iustum et iniustum, quod hoc opponatur paci bonae et ducat ad malam, illud vero opponatur paci malae et ducat ad bonam."[7] At nos abstrahimus a iustitia vel iniustitia belli. Profecto omne bellum pace conficitur; sed id quoque verum est omne bellum, quoad duret, pacem interrumpere.

Bellum menti sanae repugnat ac rationi, quae postulat, ut lites, ubi inter homines enatae sunt, iure ac iudicio disceptentur, non vi coeca more ferarum. Non parum a veritate deflectere videntur, qui bellum – cum iudicio conferant atque illud ut aptum, quo lites dirimantur, considerent, veluti plurimi iuris prudentes.[8] Si Martem iudicem appelare debeo, dixerim eum iudicem pessimum. Non enim testes audit neque argumenta, verum exercitus computat; non ille, cui iustitia suffragatur, accipit ab eo sententiam gratam, verum is, cui maior vis exercitatioque in armis est. Sicut in duello ita quoque in bello saepe accidit, ut non is vincat cui ius faveat, sed cui fortuna. Quanti bellum sit in disceptandis litibus, colligi potest ex communi opinione eorum quoque Moralistarum, qui bellum negant per se malum esse. Nomine omnium afferam unum Cathrein.[9] „Victoria, inquit ille, utpote factum mere materiale et valde fortunae casibus obnoxium de se nullum ius praebet." Ergo cui bono tot caedes? Ulterius ille: „Sed efficit, inquit, ut victor iura sua aliunde sibi debita prosequi possit." Quid vero, si victor neque ante bellum habuerit ulla iura? Ille vero, qui superatus est, et quae voluit, non recuperat et quae habuit, amittit? Praeterea parva regna, dum a fortioribus laeduntur,

---

[7] A. Ferreti, Instit. Philosophiae Moralis, 1891, v. III. p. 431.

[8] Мартенсь, Op. c., II., p. 473.; Item apud C. Martin, Collectio Documentorum Concilii Vaticani, postulatum dicitur: „Iure disceptare (bellare) – est iuste iudicare."

[9] V. Cathrein S.I., Philosophia Moralis, 1895, p. 448.

erunt exclusa a beneficio eiusmodi iudicii. Desunt enim eis opes, quibus rem suam probare possint apud iudicem istum. Itaque bellum ineptum est, quod iure et merito lites expediat; neque verum est illud: „bellum iustum iudicium rectum." Fortuna enim belli dubia et exitus incertus.

Bellum adversatur hominis dignitati. „Quid est homo?" interrogat psaltes et exclamat: „Minuisti eum paulo minus ab angelis:" Homo est filius Dei. Verum in pugnae aestu conclamatum est de hominis dignitate. Individuum evanescit in multitudine, quae et ipsa coecum est instrumentum in manu imperatoris: saepe per fas et nefas praeceps agitur in perniciem certam. Persona hominis disparet, voluntas veluti suspensa: estque tantum massa compacta nefandae vi sclopetorum tormentumque obiecta "„Kanonenfutter" ut Germani dicunt. In bello fera pluris aestimatur, quam homo, nam hic facilius quam illa completur.[10]

Dictum est: „non occides." Sed in bello? Quot millia hominum prorumpunt in mutuas caedes! en canitur classicum, instruuntur acies, concurrunt: cadunt viri ultro citroque. Atque ut plurimos quisque occidit, ita fortissimus existimatur ac laude maxime dignus. „Diliges proximum tuum." Verum in bello: homines, qui ea lege procreati sunt et instituti, ut alii alios iuvent, quidquid ingenio possunt aut virtute, in mutuam perniciem et ruinas utuntur. O humanam perversitatem! „Bellum, inquit S. Augustinus, etiam suo genere bestiae non gerunt."[11]

Res alienae et religione et legibus integrae et illaesae servari debent. Verum Mars saevus nullius parcit fortunis: omnia, quae offendit, pede ferreo funditus disicit, demolitur,

---

[10] A. Stöckl, Das Christenthum, Die grossen Fragen der Gegenwart. 1880, t. III, p. 417. Der Krieg im Lichte des Christenthums.

[11] l. XXII, De Civ.

conterit: devastati agri, eversis urbibus ubique ruinae, omnia incendiis compleri!

Ex fructibus cognoscitur arbor. Belli vero qui sunt effectus? Indurantur mores[12], silent musae, interruptis commerciis cultura comprimitur ac retinetur. Ne multa, ut fert adagium : „Qui bellum dixerit, omne malum dixerit."[13] Neque sine causa supplicamus Deo, ut liberemur a flagello belli.

Itaque si rectum ordinem perturbare, si contra rationem agere, si cupiditatibus potius quam sana mente regi est malum, si alterum damnis calamitatibusque afficere est malum, si homicidium, si duellum, si se suaque temere fortunae ancipiti committere atque periculo certo est malum, quid est cur dubitemus, quin etiam bellum sit malum; atque eo magis quod in bello ista omnia inveneris simul iuncta? Quapropter et S. Basilius: „Bellum, inquit, proprie malum est et maxime appellatione mali dignum."[14]

Inter Theologos vero[15] quotquot (ad 40) eorum opera consului, nullum inveni, qui inquireret, quaenam moralitas „in genere" obiectiva inesset actui bellandi. Omnes agunt de bello „in individuo": ut est iustum vel iniustum, ad sua tuenda vel aliena impetenda susceptum. Quam ob rem nil mirum, quod Theologos nostrae causae alienos inveneris: omnes uno ore dicunt bellum non esse per se, natura sua illicitum, malum (quae duo verba immerito confundunt, praeterea malum hic

---

[12] Quapropter Ecclesia vetat clericos militare.

[13] Forte dixerit quispiam et commoda belli non pauca esse. Quae illa sint et quanti in parte III agemus.

[14] Refero in fidem Caietani , Theologia, t. VI. d. XVII, s. I.

[15] Item Ethicae Scriptores quos plus 10 legi. Stöck, op. c., Der Krieg im Lichte des Christenthums agit de bello in genere sed apologetice magis. Ex protestantibus Fleck et Tyschirner inquirunt quidem de natura belli, sed alter insufficienter, alter falso; pariter: Realencyklopädie der protestantischen Kirche; Plitt u. Herzog., v.: Krieg.

sumunt significatione „mali absolute"). Libenter concedimus se suaque tueri non esse malum. Sed in bello una tantum est pars, quae impugnatur, altera vero impugnat; si altera igitur iure, altera iniuria,[16] si ex altera parte iustum et licitum est bellum, ex altera iniustum et nefas. Etiam addas huc bella ex utraque parte illicita: ex odio, ira vel aliqua alia causa levi et prava suscepta. Quo fit, ut in bello, cum etiam „in individuo" consideratur, si fas ita loqui, elementum mali vel ex aequo cum elemento boni, vel unice stet sine bono. Sed fac, quaeso, abstrahas a causis, quibus homines impelluntur ad bellandum; fac sumas illud terribile luctamen, ut oculis obversatur. In quonam eius tota vis ac ratio reposita est? In eo scilicet quod alter alterius opes, arma, ceterasque res, quae obstant, quominus id quod in animo est obtineri possit, vi violentiaque superare, evertere, destruere, delere, verbo innocua reddere nititur. Si opponuntur exercitus, caeduntur; si arces, evertuntur; si ceterae fortunae resque, delentur. Itaque si hac ratione considerabis bellum „in genere" „obiective", non video, cur negaveris illud intrinsece malum esse.

Solus Suarezius[17], qui aperte negat bellum esse intrinsece malum, videtur nobis contrarius esse. Verum nomine tantum. Nomine enim mali intelligit malum absolutum, ut patet ex rationibus, quibus suam positionem probat: quod videlicet bella legantur a Deo permissa ac praecepta fuisse et a sanctis viris gesta. Sed hoc solummodo obstat, quin bellum dicatur absolute malum non vero conditionate. Nam cum conditionate malum ideo sit illicitum „quod laedat dominium alterius: Dei sive hominis", potest igitur evadere licitum, et praecipi igitur et peragi potest, si vel Deus concedit ius, vel homo suo iure

[16] Si non formaliter, saltem materialiter, ut passim Moralistae: „Bellum ex utraque parte non potest esse materialiter iustum."
[17] Suarez, De Charitate, disp. XIII. s. 1.

excidit.[18] Ergo quod bella traduntur fuisse a Deo permissa et praecepta, nihil obstat, quominus ea et sint et dicantur intrinsece mala. Sic etiam leguntur Israelitae iussu Dei vasa Aegyptiorum abstulisse; attamen rem alienam auferri omnes dicimus esse malum. Pariter Israelitae Dei iussu, cum expugnarent urbes chananeas, saepe nulli hominum parcere; at innocentes perimere malum est. Quid ergo? Utrum Israelitae peccarunt, an nos erramus, an e contrario? Neutrum vero. Et nos recte dicimus, quoniam ista sunt mala sed tantum conditionate, et illi non peccarunt, quoniam Deus, ut est rerum dominus, potuit permittere ista quoniam tantum conditionate mala sunt.

Itaque cum Theologi tantum agant de bello „in individuo" subiective sumpto, nostrae causae sunt alieni quidem, sed non contrarii, quin etiam aliqua ratione benevoli. Hoc enim ipso quod cum disserunt de bello, illud collocant inter actus, qui opponuntur modo paci, modo iustitiae et iuri, modo caritati, demonstrant bellum primo aspectu „in genere" involvere quandam contradictionem cum recto ordine, opponi virtutibus; ergo esse malum.

Sed quoniam eatenus tantum, ut vidimus, adversatur bellum recto ordini quatenus repugnat rationi, laedit ius Dei et hominis, consequens est, ut sit quidem malum sed solum conditionate.[19] Nam si Deus ius bellandi contulerit, homo vero

---

[18] Müller, Th. M., I §23.

[19] Etiam dixerim bellum esse relative malum; non solum quod faciliorem peccandi occasionem praebet, sed etiam quod aliquatenus ipsa natura sua hominem adpellit ad malum. Id ultro, mihi videtur, quemque concessurum si animi perpenderit ex una parte, quid sit vita castrensis, quid bellum, quid pugnae aestus. Ex altera vero parte adverterit ad leges psychologicas, quibus individuum, dum versatur in multitudine, subest: - praecipue ad haec duo, quae ut dogmata a psychologis statuuntur: homines alii alios imitari student; alii aliorum factis dictisque veluti contagione inficiuntur.

suo iure exciderit, si concurrerint circumstantiae quibus bellare prudens esset ac rationi congruum, bellum licitum esse potest.

1. Sed estne licitum illud aliquando?

Id a multis negatur: a Manichaeis, Quakeris, Tołstoi aliisque[20]. Verum falso. Dum enim ea, qua procreati sumus, misera vivimus et imperfecta natura atque dum eis, quae sunt, legibus et conditione valent vigentque societates nostrae, bellum licitum est aliquando honestumque.[21]

Quid enim faciendum reipublicae, si eius iura spernuntur, violantur, si negantur prorsus? Quid si ipsa armis impetitur, si ei non modo misere, sed omnino ne esse quidem licet? Quid, nonne sumenda sunt arma atque vis vi repellenda?

„Omnis enim natura, inquit Grotius, ita comparata est, ut sui conservationem tendat pellatque contraria." Studium se suaque tuendi ipse Deus ingeneravit omni animantium generi tanta cura atque providentia admiranda, ut is motus omnium extensissimus esset acerrimusque. Et arma sui tuendi Deus creavit armorumque sensum impressit usumque docuit. Cum igitur Creator aeternus tanta sollicitudine prospexerit animantibus, ut imprimis curam haberent sui conservandi et tuendi; hoc ipso facto eam curam comprobavit atque adiungendo arma quasi commendavit. Quapropter nihil dubitari

---

[20] Müller, Theologia Moralis, II, §128; H. Grotius, De Iure Belli et Pacis, l. I, c. II, per quam ille fuse agit utrum sit licitum bellum necne. Praeclare quoque Bellarminus, De Laicis, l. III, c. XIV; Molina, Cajetanus ceterique Moralistae.

[21] Plures Moralistae quo facilius bellum demonstrent aliquando licitum, distinguunt illud in defensivum quod iniuriae quae infertur propulsandae gratia geritur et offensivum quod ad iniuriam iam illatam vindicandam reparandamque suscipitur. Quae distinctio, ut magni est in re militari ita, ut mihi videtur, paene nihili in moralibus, cum agitur licitum ne sit bellum. Nam pro utroque quod distinguunt genere belli et offensivo et defensivo eadem currit ratio summa: ius illud a Deo inditum ut singulis hominibus ita et societati se suaque tuendi, si aliter fieri non potest, etiam vi armisque.

potest, quin si haec defensio aliter fieri non possit nisi per vim, hanc quoque permissam Deus voluerit.

Quod si verum est de ceteris animantibus multo magis de homine qui omnium nobilissimus est, si de singularis hominibus, etiam de societate atque quanto haec praecellit prae singulis, tanto magis de ea id verum est. Ut exemplum sumam, cum me impetunt, id mea solum refert: cum vero reipublicae vis infertur omnium quotquot in ea sunt periclitatur salus.

Itaque reipublicae non secus, ac cuique privato iure naturae arma armis propulsare licitum est, immo vero plus dicam interdum id et oportere et officii esse.

Cum enim privatus iniuria afficitur quandoque eam laudabiliter tolerare potest (quisquis enim amore virtutis potest iure suo cedere). Id vero nefas est reipublicae gubernatori cuius est subditos eorumque iura tueri; quodsi ille unus neglexerit hi omnes iniuriam passi erunt.

Si ulterius comparandi viam prosequamur;[22] inter rempublicam et privatos id quoque intercedit discriminis, quod his neque licitum est neque necesse nisi ipso illo puncto cum impetuntur vim vi repellere, si aliter fieri non potest; reipublicae vero non solum arma armis opponere, sed etiam inferre ad iniuriam iam illatam vindicandam reparandamque licitum est. Propterea quod privatis cum iniuriam passi sunt est facultas rem ad iudicem deferendi. Verum rebuspublicis cum sint in statu naturae, si pars quae laesit iniuriam comissam fateri nolit et ultro satisfacere, quae est potestas sui iuris asserendi praeter vim armaque, praeter bellum? Non iudicium utpote quae saltem in praesenti nullum agnoscant, non magistratus auctoritas cum nulli pareant, neque si qui alius modus cum omnem spernant. „Quid est igitur, quod contra vim

[22] Quod praeclare Montesquieu , L'esprit des Lois, l. X., ch. II.

fieri sine vi potest."[23] Restat, ut Marti armisque res committatur. Recte Livius: „Iustum inquit est bellum, quibus necessarium et pia arma, quibus nulla relinquitur spes nisi in armis."

S. Thomas fere hac ratione docet bellum esse licitum. Principibus comissa est cura reipublicae ac defensio. Non secus autem eam defendit princeps dum utitur „gladio bellico" contra hostes exteriores, atque cum punit „gladio materiali" malefactores interiores. Si igitur in hoc casu eum recte agere concedimus, non est cur negemus item et in illo.[24]

Juris prudentes bellum ex eo esse licitum inferunt quod est una et sola sanctio iuris gentium. Nam cum omne ius natura sua coactivum sit h. e. id requirat ut vi defendi et repeti possit; ius gentium inane esset nisi Martis auctoritati inniteretur.[25]

Ne plura, communi generis humani consensu bellare interdum fas est. Quod Ovidius hoc versu complexus est: „Armaque in armatos sumere iura sinunt."

Itaque conclusum sit Ciceronis verbis: „Hoc et ratio doctis, et necessitas barbaris, et mos gentibus, et feris natura ipsa praescripsit, ut omnem semper vim quacunque ope possent, a corpore, a capite, a vita sua propulsarent."[26] Atque haec mens sana de bello. Quid lex divina?

Quin in Vetere Testamento bellum fuerit interdum licitum, nullum dubium est. Iehova non solum permittit sed

---

[23] Cicero.
[24] 2. 2 ae, q. XL, a. 1.
[25] Liberator, Institutiones Ethicae et Juris Naturae, 1887, p. 350.
[26] Apud H. Grotium, op. c., l. I, c. II, § 3.

subinde praecipit bellum et belli leges dat; Ipse dicitur Deus exercituum et eius sancti dicuntur bella Domini bellare.[27]

In Novo Testamento sunt quaedam, quae indirecte quidem probent bella licita esse, puta: verba Joannis Baptistae ad milites, exemplum centurionis quem Christus laudat, Cornelii qui convertitur. Directa tamen argumenta desunt. Christus non legitur quidquam de bello statuisse; ergo censendus est rem in eodem statu reliquisse, atque erat in lege naturae et in Lege Vetere. Rem vero ita se habere eventu probatur. Nam et sub Nova lege bella perhibentur gesta a viris sanctis, singulari Dei providentia, adiuvante scilicet miraculis. Atque Ecclesia quae est infallibilis quaedam bella publice in Conciliis sanxit ut contra Turcas et leges belli quasdam dedit.[28] Patres vero uno ore docent bella gerere interdum fas esse, item Theologi.

Itaque etiam lege divina bellum aliquando licitum est. Sed hoc loco existit quaestio. Licitum est bellum quod et per se malum est secum tot mala trahit? Atque haec certe fuit praecipua causa quod cum de bello agerent varii in varias abirent sententias videlicet dum alii laudibus bellum efferrent alii damnarent prorsus. Alii vero cum non invenirent, qui ea, quae in bello secum pugnare videntur, componerent, bellum esse magnum mysterium exclamavere.[29] Nobis autem videtur rem posse solvi quin recurratur ad mysterium.

---

[27] Quae tum in Vetere tum in Novo Testamento de bello, fuse apud eundem Grotium, op. c., l. I c. II, Item Molina, Bellarminus, Laymann...

[28] Quid latini Patres vide Indices ad Patrologiam Latinam, Migne, t. III, p. 871; item apud Moralistas textus collecti Patrum de hac re inveniuntur.

[29] Stöckl, Der Krieg im Lichte des Christentums. Postquam enumeravit belli mala atque ea quae in bello secum pugnare videntur: „Obgleich, inquit, das natürliche und christliche Gesetz durch den Krieg in sein Gegentheil verkehrt, erscheint ist der Krieg doch im princip nicht verwerflich, ist er doch in manchen Fällen rechtlich begrüdet. Ich muss das eine und das

„Sunt obiecta, inquit Lehmkul, quae in se et propter se quidem mala sunt, at non absolute et immediate, sed propter connexum ius alienum; qua re qui in illud ius potestatem habet, eandem actionem materialem, quae alias illicita esset, licitam reddere potest: immutata manente lege naturali, quae solum prohibet alienum ius, quamdiu ius manet, laedere."[30] Eiusmodi obiectum vero et bellum est: malum quidem, sed tantum conditionate propter defectum iuris in agente. Atqui Deus, qui vitae hominis rerumque est dominus potest eiusmodi ius tribuere societati. Immo vero non modo Deum posse, sed etiam censeamus opportet re ipsa tribuere eiusmodi ius societati, secus non satis securitati eius et conservationi providisset. Dum enim privatis tegmentum iudicii esset munimentumque magistratus, reipublicae vero quo suae res salvae essent nihilne Deus prospexisset? Quid? Deus procreasset hominem socialem et in societate esse nullam ei tribuisset potestatem? Verum id absurdum est. Superest igitur, ut Deus det societati ius interdum arma sumendi. Ex altra vero parte societas quae nequam alteri arma infert, suo iure excidit. Nam ipsa natura potior est salus innocentis, quam nocentis. Non manu aliena, sed sua malitia pereunt, qui cum innocentem impetunt, occiduntur. Quod in bello peccandi occasio facilior; non est tamen id genus, ut plane evitari non possit et praecaveri.

Itaque bellum et intrinsece malum est, et interdum licitum; atque haec duo neque secum pugnant neque leges naturae tollunt, sed ut vidimus, componi possunt. Haud secus atque occidere: intrinsece malum est, sed iniustum aggressorem licet; et rem alienam auferri, intrinsece malum, sed in extrema

---

andere zugestehen. Ich begreife das nicht. Der Krieg ist ein Geheimniss:" Iterum iterumque hoc exclamat.

[30] Lehmkuhl, Theologia Moralis, 1893, t. I. p. 125 , n. 188.

necessitate fas est. Eadem ratione et bellum: intrinsece malum est, sed ad se suaque tuendum, cum nulla salus relinquitur nisi in armis, licitum est.

Cetera quae contra bellum obici solent, missa facimus; partim quod obsoleta sunt, partim quod ad privatos potius, quam ad societates referuntur.[31] Id unum retulisse videtur operae pretio fore, quod Leo Tolstoi contra bellum docet; non quod aliquid novi aut maioris momenti afferat sed quod is vir multum non solum apud suos sed etiam apud exteros auctoritate potest, atque propterea quod propter populare, quo utitur, atque amoenum dicendi genus eius scripta longe lateque diffunduntur animosque inficiunt. Itaque is docet non gerendum bellum, quod malo resisti Evangelio sit vetitum.

Primum id ipsum falsum est: Evangelium vetare malo resisti, ut passim Scripturarum periti docent. Tum fac, ut ista lege societates nostrae regantur. Qui, quaeso, tunc essent finis malorum ac modus, quae honestis vita? „Non resistendum malo?" Ergo patiendum ut alatur improbitas? Ut omnia rapinis, caedibus, stupris commisceantur? Ut patria ex libertate in servitutem, ex florenti statu redigatur in cineres, atque adeo tota consumatur?! Quae quis nisi imprudens admiserit? „Nam cui, inquit s. Augustinus, licentia iniquitatis eripitur, utiliter vincitur; quoniam nihil est infelicius felicitate peccantium, qua poenalis nutritur impunitas et mala voluntas veluti hostis interior roboratur."[32] Itaque bellum aliquando licitum est. Atque haec hactenus.

---

[31] H. Grotius, De Iure Belli et Pacis, l. I, c. II, perquam fuse enumerat obiectiones et bene solvit. Pariter Bellarminus, De laicis, c. XIV, l. III; Caietanus.

[32] Ep. 5 ad Marcellinum.

2. Reliquum est, ut paucis subiungamus, quandonam sit licitum bellum?

Bellum est licitum cum debitis armatur conditionibus, quas s. Thomas[33] tres numerat: auctoritatem principis, iustam causam, rectam intentionem. Theologi alii hisce tribus adiungunt etiam spem victoriae, alii honestum bellandi modum.

Sed ante omnia opus esse videtur, ut adsit causa belli etquidem iusta tum respectu personae, quae movet bellum, tum respectu rei, cuius gratia illud movetur. Respectu personae causa est iusta, si est certa id est si ob ius non dubium,[34] sed certum bellum suscipiatur. Nam mala belli et pericula sunt certa: ergo neque facultas dari potest sive ad ea inferenda sive ad sustinenda nisi ob ius certum. Respectu vero rei causa est iusta, si est gravis h. e. ea, quae excuset tot tantaque belli mala. In specie Theologi varias iusti belli enumerant causas, atque alii alias, [35] quae omnes revocantur ad ius se suaque tuendi. Potest etiam bellum suscipi, quod auxilium feratur alteri reipublicae, quae iniuste et nequam opprimitur. Quod cum ita sit, iniustum est bellum, quod geritur ad potentiam alterius minuendam, ad servandum aequilibrium, ratione status, ut dicunt[36] verbo utilitatis causa; non enim utilitas est regula iustitiae et norma, sed contra iustitia temperat utilitati: secus omne latrocinium iustum esset.

---

[33] 2, 2, q. XL a. l.

[34] Et imperatores et milites tenentur inquirere de causa belli, num sit certo iusta? Quid in dubio? v. Molinam, De Iustitia et Iure, l. I, tr. II, d. 98. etc. dirimendum iuxta regulas probabilismi; V. Marc, Th. M., t. I, De Conscientia. Cum probabili iure non licet movere bellum.

[35] Enumerat Ferraris, Bibliotheca. v. Bellum; Cajetanus, l. c.; Stöckl, Lehrbuch der Philosophie, t. III, p. 530.

[36] Fuse, Ferreti, Phil. Moralis. , t. III, p. 431 etc.

Secundo requiritur ut bellum sit vere necessarium, ut non suscipiatur nisi in extrema necessitate, cum omnia sunt tentata remedia neque alia superest via nisi arma. Nam et ratio postulat ut lites non armis sed iure et iudicio disceptemus, et humanitas ut tot tantasque calamitates pro virili parte vitemus, et prudentia, ne nos atque nostra fortunae committamus quae incerta est et fallax.

Tertium oportet societas quae bellum movet sit independens; secus enim neque necessarium esset bellum, cum recursus pateret ad superioris patrocinium. Praeterea cum bellum sit actus socialis, ut dicunt iuris consulti, eius auctoritate suscipi debet qui est societatis motor eiusque saluti ac tutelae prospicit hoc est auctoritate supremae potestatis.

Quartum oportet bellum suscipiatur recta intentione ob commune bonum, ut „mali coerceantur et boni subleventur",[37] ut „nihil aliud quam pax quaesita videatur."[38] Finis enim iusti belli est rectum ordinem, qui perturbatur, reparare h. c. pacem restituere.

Tandem quidam requirunt, ut adsit spes vincendi. Sed haec conditio efficit potius, ut bellum sit prudens, atque facilius praescribi potest eis qui movent bellum offensivum: eis vero qui se defendunt vix ac ne vix quidem.[39] Atque haec sunt quae efficiunt, ut bellum licite suscipi possit. Sequitur, ut disseramus quibus tandem legibus bellum geri quoque possit licite et honeste?

---

[37] S. Thomas, 2. 2, q. XL, a. 1.

[38] Cicero.

[39] Itaque bellum licitum definiri potest: ut status certaminis vi armisque inter societates independentes suscepti ad se suaque iura tuendum.

II. De honesto modo agendi bellum

Bellum ut est actus humanus et potest et debet legibus morum regi, male igitur existimant quidam Martem exlegem esse. Porro cum necessitas sit, quae ad bellum compellat illudque reddat licitum, eadem necessitas et temperare bello debet et modum imponere. Quo efficitur, ut iure naturae id solum liceat in hostem, quod opus est atque sufficit, ut is ad ius suum alteri tribuendum adigatur, quod vero ad id consequendum ut fiat necesse non est, illicitum est. Quippe finis belli est etiam vi violentiaque cum alia ratio non suppetit ius suum repetere. Quod si finis licitus est et media (modo ne sint per se inhonesta) sine quibus obtineri is nequit, licita sint oportet. Cum vero bellum nisi ingentibus sumptibus confici non possit, eos quoque de hoste exigere iure naturae fas est, item cautionem ad pacem in futurum firmandam. Is est enim belli finis ultimus – pax firma.

Quoniam vero alia atque alia ratione ius alterius et violari et repeti potest, propius determinari sola natura duce quinam sit in genere honestus modus agendi omnis omnino belli vix potest, is demum ex circumstantiis quae bellum concomitantur deducendus est.[40]

---

[40] Quid ius naturae de bello, fuse: Chr. Wolfius, Ius Naturae, p. I., c. III, § 1102-1120; S. Puffendorf, De officiis hominis et civis iuxta legem naturae, c. XVI; Idem, De Iure naturae et Gentium, l. VIII, c. VI.

Qua in re iuri naturae suppetias venit ius quod dicitur gentium seu internationale.[41]

Magis igitur enucleate de re acturis restat, ut ad hoc ius recurramus. Atque is ipse demum honestus habetur bellandi modus qui hoc iure gentium statuitur. Cum vero impossibile sit omnia omnium gentium et temporum iura percurrere agemus tantum de legibus belli, quae nunc in usu sunt inter gentes cultas potissimum europaeas atque nonnisi paucis et cursim.

Cum dissertatio nobis esset ex Theologia, plura quoque Theologorum opera pervolvimus cum Moralistarum tum Canonistarum. Generatim multa sunt dura quae ab eis in bello permittuntur quae a nostris moribus plane abhorrent. Id non est mirum in Theologis antiquioribus; ut enim durior erat aetas qua scripserunt inserviere nonnihil eius indoli. Sed etiam ex Theologis recentioribus (qui cum agunt de bello in compendiis suis fere coeci sequuntur antiquiores) vix aliquis[42] ut par est animum advertit ad ius gentium, quod nunc est. Attamen nostra aetas multum distat a praeteritis temporibus ratione tum concipiendi belli tum agendi. Quod cum ita sit non supervacaneum fore putamus paucis disserere in quonam, respectu belli, differant Theologi a iure gentium nostrae aetatis?

Primum discrimen idque capitale intercedit in concipiendo bello. Theologi nomine belli intelligunt luctamen reipublicae cum republica extranea, ut totius populi unius contra totum populum subditum alterius. Quamobrem et bellum ut plurimum describunt „pugnam multitudinis contra

---

[41] Quid intelligendum hoc nomine disserit J. Costa- Rossetti, Philosophia Moralis, pars V; Item Современное Международное Право, ч. I.

[42] Lehmkuhl, Th. M., p. I, l. II, paucis tangit ius gentium sed insufficienter. Melius etsi breviter: Kirchenlexicon, Wetzer u. Welte v. Krieg.

multitudinem extraneam." Bellum igitur apud eos est relatio hostilis non modo inter ipsas respublicas sed etiam aliquatenus inter singulos earum subditos. Nostro autem iure gentium bellum est luctamen inter respublicas tamquam personas iuridicas quod potissimum ab exercitibus utriusque partis perficitur. Bellum est status hostilis atque relatio inter respublicas non vero inter earum subditos. Ut differunt vero utrique in concipienda natura belli, ita differant necesse est in statuendo honesto modo illud agendi. Ut rem exemplis probem, Theologi direptionem urbium, devastationem agrorum, depraedationem praediorum, reductionem in captivitatem, occupationem bonorum tum mobilium tum immobilium privatorum hominum etiam quos dicunt innocentium eius reipublicae, quae iniustum movet bellum, permittunt et legitima habent. Eo quod opinione eorum culpa reipublicae transeat in suos subditos, subditi fiant rei iniustitiae suae reipublicae. Ideoque et iuste puniri posse et dum punirentur poenam suae reipublicae censebantur luere atque adeo ipsa respublica seu princeps putabatur subditorum poena puniri, verbo individuum non distinguitur a societate.[43] Nostro iure

[43] Molina, De Iustitia et Iure. „Mobilia capta bello iusto gentium iure fiunt capientium etiamsi excedant compensationem damnorum. Intelligendum vero id est non alius de aliis rebus mobilibus sed etiam de hominibus bello iusto captis, qui mancipia capientium fiunt." (II, d. 117,4) „spoliari possunt innocentes...; quoniam ... tota respublica reputatur hostis, fasque est eam punire in omnibus suis membris, quatenus partes illius sunt quoad bona externa et fortunae ... etsi cooperati non fuerint ad reipublicae delicta" (II, 121. 4.) „ad incendendos animos militum et deterrendos hostes fas erit civitatem tradere in praedam." (II. 122, 1); Suarez, De Charitate, d. XIII, s. VII. 12. „licet innocentes privare suis bonis, etiam libertate. Ratio est quia illi sunt partes unius reipublicae inique, propter delicitum autem totius potest pars puniri quae per se non concurrit ad delicitum"; Ferraris,. Bibliotheca , 1767, v. Bellum, art.II et III fuse enumerat quae in bello licite possunt. Inter cetera: „possunt iuste sine peccato bellantes devastare

bona privata, quantum potest integra et illaesa servari debent, innocentes si quod damnum acceperint debent reddi indemnes, direptio urbium vetita est neque agros depopulari licet, neque praeda permittitur nisi bonorum quae sunt publica, ne dicam de servitute quae penitus sublata est. Ne plura nostro iure individua singuli subditi stricte distinguuntur a societate eiusque culpa. Etquidem ut mihi videtur recte. Nescio enim quomodo culpa principis transeat ad singulos subditos, dum plurimi ex eis ne idonei quidem sint qui iniustitiam sui principis culpamque cognoscant et intelligant. Praeterea si iniustitia reipublicae singuli eius subditi inficiuntur, non liquet mihi cur hi ex eis quam illi poenam subire et damna pati cogantur, cur ei potius, qui onera belli portant quam ei quos flagellum istud non tangit? Si omnes rei sunt, iustitia distributiva exigere videtur ut omnes et poenam ex aequo luant.

Secundo. Theologi cum disserunt ut in genere de bello ita maxime de honesto modo illud agendi, potissimum ob oculos habent partem quae passa est iniuriam. Quo fit ut et severiores sint in eam quae laesa est partem utpote innocentem. Ius gentium nostrae aetatis cum leges bellandi praescribit, abstrahit ab eo ultra pars iure ultra vero iniuria moverit bellum, sed exigit ut leges belli ubi illud ingruit ab utraque parte ex aequo serventur.[44]

---

agros, vineas ... surripere pecunias et alia bona etiam innocentibus subditis Regis hostilis licet ipse solus Rex deliquerit ... in cuius odium affliguntur subditi." Plura similia Marc, Th. M., p. II, s III, tr V. C III allegat atque quamquam dicit talia adversari hodiernis moribus, tamen per se ut principio et regulae ipse non adversatur hisce. Item alii recentiores. Singularis est opinio Cajetani, t. XI, De virtutibus, d. XVII, s. IV, 38 „licitum ... in bello iusto exspoliare innocentes ... ad vindicandam iniuram, ... ad stabiliendam pacem debilitando tali pacto vires inimicorum" ; Eiusdem sententiae Laymann, Th. M. , l. II., tr. III, 13.

[44] A testibus citandis abstinemus, ne nimis multi simus.

Res non est tam facilis dictu, utra pars melius hac de re sentiat: nostrum ius an Theologi? Contra hos haec videntur pugnare: primum in bello ut plurimum utraque pars sibi iustitiam adscribit. Dein belli fortuna varia est: non semper qui iusti sunt vincunt, sed modo hi modo illi sunt superiores, illa igitur sentiendi ratio theologorum ad mutuas crudelitates videtur aliquatenus viam sternere; qui crudelitati indulgeat in bello incurrit periculum idem patiendi ab adversario; qui enim alterum iniuste aggredi ausus est, audebit quoque eadem lege contra partem iustam pugnare qua contra ipsum proceditur. Denique praecepta belli respectu morum, ut mihi videtur, non tam id spectare debent, ut hostis iniustus facilius superetur, ut ab eo vindicta facilius sumatur atque satisfactio, sed imprimis ut bella, quantum potest humanius gerantur, ut non solum iustitiae rigidae sed etiam caritatis ratio habeatur. Qua quidem in re nostrum ius videtur esse nulius. Cum agit enim de modo bellandi et praescindit ab iustitia et iniustitia bellantium, ea mente id facit, ut hominum qui saepe omnis culpae sunt expertes quos saepe nolentes oneribus belli premunt atque solum coeci instrumenti instar ad pugnandum adhibent, ut hominum illorum incolumitati et bonis quantum potest provideatur. Itaque nostrum ius belli non solum reipublicae commoda et utilitates respicit, sed singulorum quoque subditorum rationem habet.

Illud quod supra innuimus discrimen in praeceptis bellandi inter ius nostrum et theologos maxime elucet ex distinctione tempore belli inter nocentes et innocentes quae non solum apud antiquiores theologos sed etiam apud recentiores passim trita est. Suarez nocentes vocat et eos qui sub armis sunt et idoneos qui arma tracent „nam qui possunt arma sumere praesumuntur in humano iudicio ac si vere sumantur."[45] Ceteri

[45] Suarez, De Charitate, d. XIII, s VII, 10.

dicuntur innocentes veluti: pueri, mulieres, agricolae, clerici. Atque dum erga innocentes mitius esse agendum statuunt, in nocentes etiam crudelitatem quandam exercere permittunt.[46] In nostro iure alia est distinctio. Qui sub armis sunt atque dimicant appellantur pugnatores (combattants) ceteri vero non pugnatores seu hostes passivi. Hi iure belli omnino quantum fas est salvi et illaesi servari debent. Illi vero iam minime habentur tanquam delinquentes, tanquam criminis sui gubernii rei, sed solummodo tamquam instrumentum respiciuntur quo altera pars adversus alteram utitur ad pugnandum: atque nocentes tamdiu tantum habentur quamdiu armis nocent et possunt nocere, secus vero puta: si arma deposuerint si se dederint si victi et capti sint iam reputantur ut homines innocentes qui munere quod sibi demandatum erat functi sunt, tunc in eos durius agere iam inhumanum ducitur atque caritati adversum et iustitiae aliquatenus.

Non damnamus theologos illos quod in iniuste pugnantes duriora quaedam permittunt, supponunt enim causam belli omnibus esse perspectam atque cognitam. Neque mirum quod in nocentes severiores sunt, olim enim ei ut plurimum stipendia merebant qui ultro nomen dabant. Nostra memoria res multum immutatae sunt. Causae bellorum ut plurimum ita implicatae sunt ac veluti nimbo obiectae, ut ne peritis quidem clarum sit utrinam parti ius faveat. Praeterea pugnant non qui ultro volunt sed qui sorte eliguntur. Non video

---

[46] Idem, l. c. n. 11. „Si ad restitutionem et satisfactionem sufficiant damna nocentibus illata, non possunt iuste ad innocentes extendi." „Posse etiam iuste post omnino finitum bellum aliquos occidi hostes nocentes quamvis magna hostium multitudo non esset sine urgentissima causa interficienda interdum quoque licere potest ad terrorem aliorum " (Id. l. c. n. 7).; Item Molina mira, De Iustitia et Iure, tr. II, d. 122, n. 3,4; Recentiores per se videntur non reprobare occisionem nocentium parta victoria. Lehmkuhl, Th. M., p. I , c. II, d. III tr. II; Marc. Th. M., p. II, s. II, tr. V, c. III., a II.

igitur cur hodie in illum militem iuvenem qui per fas et nefas ab aris et focis domesticis avellitur et saevo Marti mactatur severius agatur quam in ceteros cives.[47]

Denique Theologi quod quidem vitio eis dandum est ita absorpti sunt bellum gerentibus, ut nihil attendant ad societates quae sunt nullius partis seu mediae. Nostra potissimum aetate hoc non licet. Respublicae saltem cultae ita sunt inter se mutuis relationibus, commerciis, commodis coniunctae, ut veluti unam familiam quandam constituant quae „concertus" seu communitas societatum vulgo vocatur. Quod cum ita sit fieri non potest quin turbata pace inter duas respublicas et aliae id

---

[47] Quod Theologi duriores sunt in legibus bellandi ad id videntur induci aliqua ex parte exemplis Judaeorum, quos allegant, expugnantium Terram promissam. At Judaei singulari iussu Dei ac permissu egerunt. Praeterea quod bellum respectu habito iniustae reipublicae considerant ut poenam. (Cajetanus, Molina ...) Pars iniusta ob suum crimen censetur subdita fieri principi iusto qui in eam quasi iudex ac vindex summo iure procedere possit. Quanti haec sententia per se sit longum est disserere neque ad rem. Sed videntur theologi parum sibi constare. Cum agunt de liceitate, id tantum bellum permittunt quod ad se suaque tuendum suscipitur, plures etiam conferunt bellum cum „defensione sui cum moderamine inculpatae tutelae." Cum vero praecepta bellandi diudicant iam bellum considerant ut poenam criminis, atque iustus bellator iam non solum sui suorumque defensor, sed etiam iudex et vindex putatur qui summo iure ad crimen plectendum procedit. Ne comparatio quam fecimus inter Theologorum praecepta de bello et iuris gentium quod nunc est inanibus videatur innixa rationibus, confer tractatus de bello: Suarezii, Molinae, Laymanni, Cajetani, qui perquam fuse op. c.; item Arriaga; Filliucius, Th. M., tr. XXIX, c. IX; Coelestinus I, libro de Iure Belli; Billuart in Summa S. Thomae, t. VIII, d. VII, a. 2; Ferraris , op. c.; Grandelande, Ius Canonicum; Lehmkuhl, Marc, Gury, Haine, t. I, p. 446, Aertnys t. I., l. III, n. 197; Fr. Roselli, Ethica; Zigliara, Ethica, M. 60; Rohling, Medulla Theol. Moralis, p. 127; Vernier, Theol. Practica, t. I, n. 253; Reifenstuel, Theol. Moralis, 1756, tr. IV, D. VII.; Ex iure vero Gentium opera quae infra citabimus, singulos enim textus excerpere longum esset.

non sentiant neque patiantur Martis incommoda quaedam. Ultro igitur existit quaestio, quae debeat esse relatio inter neutrales et belligerantes? Quid liceat his in illos et vice versa? Quod explet ius gentium quod nunc est. – Atque haec hactenus.

Tertio. Accedimus ad ipsas leges bellandi, quae nunc statuuntur iure gentium. Atque primum de eis quae praecedere bellum tum de eis quae comitari et regere ulterius de eis quae consequi bellum vel solent vel debent disseremus – tandem paucis de neutralibus.[48]

1. De bello etiamsi iniustitiam dempseris ipsa eius necessitas miseranda est. Lite igitur subnata inter societates omnia ut bello occurratur tentanda sunt media. Quae nunc in usu sunt duplicis distinguuntur generis: pacifica alia, alia violenta.

Primis accensentur a) actiones diplomaticae inter societates inter quas exorta est lis ad eandem pacifice componendam, b) provocatio litigantium ad bona officia (bon offices) et ministerium atque ad mediationem seu intercessionem (mediation) alicuius mediae reipublicae, quae inter litigantes reconciliatricem agat, c) electio arbitrorum qui auditis partibus sententiam de re controversa proferant. Hoc medium prudentissimum est ad lites dirimendas. Theologi quidam ut Suarez, Cajetanus, sententiam quae exigit ut antequam arma sumantur res disceptationi arbitrorum

---

[48] Quid hodie in bello lege stricta quid consuetudine praecipiatur non facile est discernere, quippe cum desit codex iuris gentium. Leges igitur belli colligendae sunt ex variis Conventionibus, Instructionibus, Conferentiis, consuetudine. Quae omnia collecta reperiuntur in Compendiis et Commentariis iuris gentium. Quos secuti sumus sunt: Мартенсъ Ф., Соврем. Международное Право, 1888 СП, t. II, p. 445-575; A. Bruder. Staatslexicon v. Krieg et aliis qui ad rem spectant; H. Grotius, De Iure Belli et Pacis., l. III ; Свод Законов Российской Империи (1857 г.) т. 10, ч. I. Приложение к ст. 410. Multa sunt obsoleta, quae iam non sunt in usu.

committatur probabilem vocant. Arbitri eliguntur a partibus et procedunt iuxta compromissum ab eisdem factum. Sententia arbitrorum executioni mandatur ab ipsis litigantibus.

Minus pacifica belli remedia haec numerantur: a) retorsio et repressalia (pacifica) quod utrumque genus parum inter se differt atque nihil aliud est nisi ius talionis, consistunt in eo quod par pari refertur iniquitas punitur iniquitate, neque sunt licita nunc nisi auctoritate publica suscepta sint; b) embargo pariter genus quoddam repressalium consistit in eo quod naves potissimum mercatoriae reipublicae quae laedit capiuntur atque tamquam pignus in custodia detinentur quoad iniuria reparetur. Quod si non fit naves proscribuntur. Tamen nunc embargo recessit ex usu, c) quod dicitur „blocus pacifique" est obsessio littorum et portuum reipublicae adversae atque interclusio omnis cum ea commercii et relationis ex parte maris quoad id quod postulatur illa praestiterit. Quod genus item iam non est in usu quoniam magnum damnum inferat neutralium mercaturae.

Atque haec sunt violenta ad declinadum bellum remedia. Quisquis usus eorum est inter gentes, ea tamen mihi minus placent. Ea ratione volunt consulere paci ac si quis dum vulnerat velit sanare. In eis facinus nequam, quod vituperatur in aliis publica auctoritate sancitur ac permittitur „Nonne absurdum, inquit H. Grotius, ea quae accuses et prave facta dicas tamquam recta velle imitari?"[49]

2. Cum vero exorta inter societates lite media quae ad discordiam sedandam adhibentur nihil prosunt proceditur ad arma.

Forma indicendi belli in iure nostrae aetatis nulla praescribitur. Ipsa tamen indictio belli re et usu existit atque perficitur: modo notis, manifestis, proclamationibus in publicis

[49] Op. c., l. III, c. XI, 16.

ephemeridibus, modo revocatione legatorum, consulum, modo ultimato quod dicitur.

Exorto bello inter societates nondum ob id ipsum omnis omnino disrumpitur relatio et commercium, sed ea tantum pacta et commercia vel suspenduntur vel cessant quae cum bello componi non possunt; quod quidem ex circumstantiis pendet.

Principium ac veluti fundamentum in quo nostra aetate ius belli nititur sunt haec duo: primum bellum est certamen inter societates non vero inter earum incolas, dein in bello tantundem licet in hostem, quantum finis belli et militaris necessitas exigunt.

Subiectum igitur iuris belli est omnis et sola societas independens. Utraque pars belligera pluribus potest constare rebus publicis (alliance). Factiosis in bello civili et rebellibus contra legitimam auctoritatem conceduntur iura et privilegia belligerantium, modo sint illi re et actu independentes ordinati atque legitime ipsi pugnent.

Quoniam bellum ducunt respublicae, obiectum igitur belli in genere sunt res et personae publicae, privati eorumque bona illaesi manere debent. Obiectum belli duplex distinguitur: activum et passivum. In activo statu sunt copiae terrestres et navales, personae et res quae immediate usibus belli inserviunt. Caeterae res et personae sunt in statu passivo. Atque dum illis directe nocere fas est, hisce nonnisi indirecte.

Arma apparatusque belli adhiberi possunt, quaecumque arte ingenio cultura suppeditantur. Excluduntur solum quae inhumana et nequam sunt, quae inutiles cruciatus pariunt, quibus parum virtutis multum crudelitatis inest, veluti a) adhibere venenum armaque eo infecta; b) perimere hostes per siccarios, proditione, fraude; c) uti armis, iaculis tormentis quae inutiles cruciatus pariunt, in specie uti „bombis" pondere

minus 400 gr.; d) in bello cum populis cultis adsciscere socias gentes barbaras et incultas; e) proclamare fore ut nulli temperetur; f) abuti cruce genevensi, alieno vexillo, veste; g) commovere subditos adversae partis ad rebellandum; h) obsidere seu tormentis verberare urbem, quae non est munita neque defenditur.

Nunc paucis de personis in bello. Ius nostrum duplex genus personarum distinguit in bello: a) hostes passivos qui sunt omnes pacifici incolae; hi vetantur in bello laedi ea tamen conditione, ne et ipsi noceant hosti; b) hostes activos. Qui iterum distinguuntur in non pugnantes (non - combattants) ut officiales, scribae, capellani, militares, medici ceterique qui curam infirmorum vulneratorumque gerunt, rerum bellicarum administri hi omnes aliquatenus pariter incolumes iure belli declarantur; - deinde in pugnantes (combattants). Hisce adnumerantur: a) milites quibus constant copiae tum terrestres tum navales; b) qui voluntariam extra ordinem profitentur militiam dummodo habeant exercitus formam; c) etiam omnes incolae si omnes antequam ab hoste occupantur arma surripiant ad se suaque defendendum. Quod quidem vix in usu est: simplices homines insueti armis tractandis inepti sunt, qui ordinato exercitui resistant, certae igitur internecioni se devoverint.

De captivis haec observanda sunt. Bello capi possunt omnes activi hostes tum pugnantes tum non pugnantes. Belli captivitas nihil aliud ducitur esse nisi medium ad hostem debilitandum. Captivi non capitalis criminis rei sed legitimi hostes existimantur, qui suo munere sunt functi, non ad supplicium sed ut obsides custodiuntur, neque eius fiunt proprietas, a quo capiuntur, sed in potestatem reipublicae transeunt. Capti exuuntur armis, non ceteris quas possident rebus, tractari debent humane, sustentantur sumptibus

capientium a quibus et locus quem capti incolant designatur, carcere tamen illos detinere atque una cum scelestis et maleficis nefas ducitur, captivi possunt adiungi ad operam publicam modo ne sit nimis abiecta gravis probrosa, si fide data se non pugnaturos in eodem bello, dimittuntur liberi, neque sua sponte neque a sua republica coacti possunt iterum arma exercere in eodem bello.

Miserae sorti infirmorum vulneratorumque optimo quocunque potuit modo provisum est Conventione Genevensi quae an. 1864 habita est. Vi huius Conventionis: a) infirmi et vulnerati ex aequo utriusque partis certantis ab eo curantur in cuius potestate habentur, nullo habito nationis respectu; b) gaudent iure neutralitatis h. c. salvae et incolumes servari debent: personae sive publicae sive privatae quae infirmis curandis operam navant quamdiu suo officio funguntur, item incolae eorumque bona qui vel curant infirmos vel eos domibus suis retinent, - infirmeria (ambulances) militaria, nosocomia, aliaque id genus instituta sive publica dum in eis infirmi vulneratique sunt, - medicamenta aliaque remedia infirmis destinata, - agmina, quae colligendis vulneratis incumbunt (Ewacuationszüge). Privilegiis, quae Conventione Genevensi sunt sancta eae tantum res gaudent quae vexillo albo cum rubra cruce ornantur, et personae quae simili signo in manica vestis notatae sunt.

In desertores, transfugas, proditores summo iure proceditur. Pariter scelesti illi qui mortuos et vulneratos spoliantur (marodeurs) ipso loco criminis pessumdantur. Speculatores qui occulte per fraudem et dolum speculantur item declarantur capitis rei. A quo genere hominum distinguendi sunt exploratores qui explorandae regionis causa mittuntur, cursores, aëronautae qui aeque ac ceteri captivi habentur.

Haec de personis in bello, nunc de rebus. In genere bello parta cedunt reipublicae, in specie vero: 1) Bona publica immobilia ut fundi, agri, silvae, aedificia statim ac occupantur transeunt in potestatem hostis et in ea manent dum bellum durat. Ita tamen ut hostis habeat eorum usumfructum non vero dominium perfectum. 2) Bona publica mobilia simulatque occupata sunt hostis fiunt ita ut eis uti et abuti possit veluti: aerarium publicum et militare, res quae asservantur in horreis et armamentariis publicis, res quae usibus belli inserviunt. 3) Vectigalia publica et reditus quos incolae solebant exsolvere possunt et ab hoste colligi ex occupatis terris ea tamen lege ut partem quae necessaria est impendat in administrandas istas terras. 4) Hostis potest occupare vias ferreas, telegraphos atque eis uti, verum non corrumpere nisi extrema necessitate militari coactus. 5) Collegia et instituta quae cultui, litteris, artibus (ut musea, archiva, biblitecae) sunt dedicata, pariter quae piis et religiosis operibus sunt dedita sive publica sive privata sunt iure neutralitatis gaudent. 6) Hostis priusquam urbem agrediatur aut tormentis impetat debet postulare ut ea sese dedat, incolis vero debet permittere ut si volunt urbe exeant et in tutum se conferant. 7) Bona privata sive mobilia sive immobilia neque proscribere neque spoliare nec depraedari nec direptioni dare fas est, omnino sunt immunia et si capta sunt compensari debent exceptis eis quae immediate usibus belli applicari possunt ut arma. Attamen et privatis quaedam onera ab hoste possunt imponi, quae nunc in usu sunt nomine requisitionum et contributionum veniunt. Requisitio tunc est cum incolae coguntur ad quasdam res hosti necessarias suppeditandas: victum, vestitum, pabula, item hostis potest vecturas conscribere et per hospitia apud privatos suos milites collocare. Ut requisitio sit licita oportet fiat auctoritate exercitus imperatoris remunerenturque damna privatorum.

Contributiones dicuntur tributa quae ab hoste imponuntur incolis occupati territori sive ut mulcta sive loco rerum quae ab eis legitime exigi possunt. Contributio item non est licita nisi auctoritate belli ducis imperata neque debet modum excedere et mensuram. 8) Quid hosti liceat in terris occupatis pendet ex fine belli. Si bellum susceptum est ad recuperandas terras et subigendas, eis occupatis hostis potest quidquid sibi videtur. Si vero alius est finis belli, tunc quoniam terrae ad tempus tantum occupantur essentiales mutationes in eis facere illicitum ducitur; regi debent quantum potest eodem iure quo antea. Haec de rebus.

Repressalia tempore belli interdum licita esse omnes concedunt, considerantur tanquam sanctio iuris belli. Non debent fieri nisi in extremo casu; quantum potest in eos qui deliquerunt; qui si incerti sunt potius duces exercitus quam gregarii puniendi sunt.

Atque haec in genere in bello observantur, necesse est ut quaedam quae soli bello navali sunt propria subiciamus. Saltem ex usu qui nunc est in mari possunt capi et proscribi bona etiam privata, et loco captivorum habentur non solum armati sed etiam inermes omnes qui in mari quae capta est vehuntur. Sed ratio et mos belli navalis a more belli terrestris potissimum differt usu qui dicuntur „Kaper'i" „corsaires", blocada, iudiciis de eis quae in mari capta sunt.

Kaper'i, corsaires (genus piratarum) dicuntur privati quibus datur a parte belligera ius atque licentia suo marte intercipiendi quascunque naves hostiles et neutrales eas quae ius neutralitatis non observant. Sed id genus hominum hodie fere non est in usu.

Quae volgo dicitur blocada (blocus) ut vidimus similis est obsidioni, consistit in eo quod littora hostilia intercluduntur omni commercio e regione maris. Blocada id intenditur ut

hostis mercatura evertatur prohibeaturque quominus aliquid importetur aut exportetur e terris quae obsidentur. Locus aliquis tunc censetur subesse blocadae cum non ficte sed re ipsa aditu intercluditur. Indictio blocadae duplex distinguitur et requiritur, generalis qua certiores redduntur de blocada loci neutrales societates et specialis qua praemonetur quaevis navis quae isti loco appropinquat. Quae si sciat aliquem locum esse blocadae subiectum et nihilominus illum adire tentat capi potest.

In genere omnis navis intercepta, sive hostilis sive neutralis sive ob ius blocadae violatum sive ob „contrabandam" capitur, statim duci debet in portum reipublicae, a qua expugnata est. Res tota defertur ad iudicium quod dixerim a praedis in mari (de prise). Eius est diudicare utrum navis legitime sit capta necne. Si legitime est capta ipsa navis cedit reipublicae, eius onus sive totum sive pars capientibus. Homines qui in navi reperiuntur vel liberi dimittuntur vel captivi detineri possunt. Eiusmodi iudicia id singulare habent quod onus probandi imponunt eis qui accusantur h. c. captis. Qui ut liberentur debent convincere illegitime captos esse. Haec de bello navali.

Nunc de relationibus pacificis, quae in genere inter exercitus tempore belli cessant. Verum tamen subinde intercedit earum necessitas puta: cum sunt sepeliendi occisi, permutandi captivi. Perficiuntur vero ope legatorum qui parlamentarii vulgo dicuntur. Persona eorum sacrosancta est. Quae ei paciscuntur obligant, siquidem etiam hosti fides servanda. Ex conventionibus inter exercitus nominandae sunt induciae et deditiones. Induciae sunt vel generales cum inter utrumque exercitum vel speciales cum inter singulas militum manus fiunt (armisticia). Quamdiu durent pendet ex pacto, dum vero durant manet status „quo ante". Deditionis leges ex

singulis pactis derivandae sunt. Lege generali solum vetitum est, si urbs munita se dedit, ne diripiatur neve eius incolae excidantur, si milites ne nimis abiectae conditiones eis praescribantur. Soli gregarii exuuntur armis duces servant sua et arma et signa. Privatis rebus quemquam militem spoliare nefas est. Atque haec sunt quae dum bellum durat observantur.

3. Finis vero bello imponitur vel debellatione hostilis terrae, vel simplici discessione utriusque partis ab armis et ab omni actione infesta, vel quod communiter fit pacto pacis. Composita inter utramque partem pace actiones bellicae interrumpuntur pariter contributiones, requisitiones Captivi liberantur atque reversi in patriam recuperant iure postliminii res suas, iura et privilegia. Pacta quae tempore belli suspensa sunt reviviscunt quantum per conditiones pacis licet. Item iure postliminii in terris quae occupatae manebant ipso facto post hostis discessum restituitur quantum potest ordo „qui ante". Haec sunt praecipuae belli leges. Sanae sunt quaedam ex eis quae vix probari possunt respectu doctrinae morum habito, potissimum quae belli navalis usu obtinent, at in universum sunt sat humanae.

Finito bello qui iniuste illud movit, sive vincit sive vincitur, tenetur reparare quantum potest damna quorum causa fuit. Lehmkuhl certo obligat duces ad restitutionem damnorum quae ab exercitu sunt illata, singulos vero milites saltem quoad ea quae ipsi intulerunt; circa damna communi actione illata obligat omnes pro rata.[50] Mihi videtur non recte. Duces enim et milites sunt solum instrumenta quibus respublicae utuntur ad pugnandum inter se. Bellum. et suscipiunt et gerunt ipsae respublicae. Ergo ad restitutionem primario tenetur ipsa respublica ex cuius parte bellum iniustum est. Duces et milites singulos dixerim secundario tantum obligari ad restitutionem,

[50] Lehmkuhl, Th. M., I n. 858.

qua ex iussione suae reipublicae participant in damnificanda altera republica et quidem sunt rei formalis iniustitiae et non coacti ad certandum.[51] Singuli per se possunt obligari, quod maximum est, ad ea damna quae proprio marte intulerunt et malitia. Qui vero bona fide suscepit iniustum bellum perspecta iniustitia eius statim tenetur illud interrumpere restitutis bonis quae adhuc integra retinet et quibus ditior factus est.

4. Reliquum est ut paucis addamus de relationibus belligerantium et neutralium inter se.

Neutrales (mediae in bello, neutrius partis) dicuntur respublicae quae nullas partes neque directe neque indirecte sumunt in bello quod exortum est. Favere illae possunt utrilibet parti belligerae sed aut re iurare aut consilio neutram.

Ut ex una parte dantur casus cum miseranda belli necessitas intercedit atque ipsa natura tribuitur ius se suaque etiam vi armisque tuendi, ita ex altera parte eadem natura duce postulat ratio, ut societatum quae nihil habent ad bellum iura sarta tectaque maneant. Quo efficitur ut iura belligerantium et neutralium inter se collidantur. Aequissimum igitur erit si utrique iustos servabunt limites, si neque belligeri supra modum afficiant damnis neutrales neque hi nimis constringant libertatem illorum.

Cum neutralium multum intersit, utrum pax an bellum regnet, enatam inter aliquos societates litem fieri non potest quin aequis oculis conspiciant, sed fruantur necesse est aliquo iure intercedendi in res litigantium ad easdem pacifice expediendas; quod quidem plerique iuris prudentes agnoscunt neutralibus.

Exorto autem bello relationes inter belligeras et neutrales societates hisce innituntur principiis: 1) Neutrales sicut non possunt impedire ne extra sua territoria ita neque

[51] v. Theologos de restitutione ex cooperatione.

permittere ut in suis territoriis bellum actionesque bellicae vel exerceantur vel continuentur. 2) Non possunt neutrales concedere suis militibus qui actu merentur stipendia ut intersint bello, quod privatis non est vetitum. 3) Relationes cum belligerantibus quantum per Martem licet continuant et mercaturam cum eisdem exercent quantum non constringuntur blocadae iure et contrabandae. De blocada iam dictum est. Nomine vero contrabandae veniunt merces usibus belli destinatae quae contra „bannum" (praescriptum) a neutralibus asportantur utrilibet belligeranti. Navis neutralis eiusmodi mercibus onusta atque in delicto flagranti deprehensa intercipi et proscribi potest. Secus vero quoad merces in mari haec in usu est lex: omnes res, quibus onusta est navis neutralium, illaesae manent et capi non possunt (le pavillon couvre la cargaison) item merces neutralium quae vehuntur in navi belligerantium capi non possunt.

Ne vero blocadae ius et contrabandae inane sit suoque careat effectu, neve tum hostes tum neutrales abutantur privilegio neutralitatis, belligerantibus tribuitur facultas revidendi naves quae utuntur neutrali vexillo (droit de visite).

Praeterea toto belli tempore neutrales sunt veluti custodes ac vindices iuris belli, eorum est invigilare ut bellum legitime geratur.

Confecto bello neutrales potissimum nostris temporibus magnas habent partes in pacto pacis moderando. In genere haec res laude digna est, quod victori non permittitur ut iure fortioris abutatur. Attamen saepe evenit ut et victorum iura neutrales laedant, cum non aequitate et iustitia sed suis quaeque rationibus et commodis impellantur in moderandis pacis pactionibus. Atque haec sunt quae nobis videbantur dictu digna de honesto bellandi modo. Superest ut transeamus ad ultimam partem.

III. Quid sit sentiendum de pace aeterna?

Nihil est aut omnino acceptius, aut auribus suavius, quam de pace verba facere. Eius imago blanda cum menti succurrit, nescio, quomodo sensus irrepit ac vehementer retinet totosque bene artus permovet, ita ut de ea et disceptari aequo animo et sententia ex iusto ferri vix ac ne vix quidem possit. Id tamen, quantum in nobis erit, conabimur.

Sed cum id ipsum quaeri possit, num omnino pax bello sit praeferenda atque exoptanda; primum paucis disseremus de hac re, tum possibilisne sit pax aeterna? Qua ratione ac modo putent eam introduci facillime et conservari posse? Tandem expectandumne sit hisce in terris regnum pacis aeternae?

I. Quin pax non modo ipsa dulcis sit eiusque nomen blandum ac suave, sed etiam res ipsa, ut sapientes dicere leguntur, salutaris omniumque rerum optima, nullum dubium est. Hac enim agri, hac urbes, hac bonae artes, commercia, hac res publicae, hac res privatae, hac denique regna ipsa constituuntur, conservantur, florent.

Attamen (quod fortassis ridiculum videri potest) non desunt viri, ut Ios. de Maistre, Hobbes, Hegel, Trendelenburg, multi inter milites, qui et bellum summis laudibus efferunt idque rem utilissimam esse censent: quod videlicet culturam generis humani promoveat, regna condat, gentes coniungat, quod genus humanum, ut procella aërem, malis noxiisque

purget, quod ne terra incolis nimium gravetur, obstet, quod causa sit, cur plures artes bonae et res excogitatae sint ac inventae, quod nobilissimos in homine affectus excitet, cum ad praeclara quaeque et summa accendat: ad fortitudinem, misericordiam, amorem patriae, religionem. Quod ut pax diuturna nos debiles ignavosque ita bellum robustos ac fortes reddat.[52]

Si ita res se habet, et incendium laudandum est: scilicet et ad virtutes nos excitat, et calefacit, et cinerem ad laxivium utilem parat et pestis laudanda, quod terram hominibus levat.

Bellum culturam promovet?! Esto; sunt expeditiones, quae, ut Cruciatae, aliquid contulerunt ad nostrum cultum. Sed ex altera parte quot gentium culturam bellum retinuit, compressit, delevit? Quidquid est, nostra memoria, cum regna saltem culta veluti foedus quoddam constituant atque ita inter se coniuncta sint, ut, quidquid in uno agitur, invenitur, excogitatur, statim in aliis diffundatur, suscipiatur, usibus applicetur, bellum, ut medium aptum, quod culturam promoveat, ridiculum est considerare.

Bello gentes coniunguntur! Quid? Si ut plurimum dissociantur, puta Galli et Germani adeoque odio capitali, quod ne diuturnum quidem tempus extinguere possit.

Bellis multa regna condita sint! Sed nescio, an non plura per eadem eversa. Ceterum non id refert, existatne regnum, sed utrum iuste et ad suorum commodum existat, necne?

---

[52] Quae obiiciuntur collecta sunt in operibus: B. Sutner, Die Waffen nieder, e versione rossica «Линдегрен», 1893,. 18 в;. Вестник Европы, Октябрь 1892 г., 761-763; Apologium belli refert Tyschirner, Über den Krieg, 1815, p. 204-297; Ios. De-Maistre, Les Soirées de S., Petersbourg, ch. VII.

Bellum malis hominibus terram levat. At quot bonos simul tollit! In pace causae et merita spectantur; ubi bellum ingruit, innocentes et noxii iuxta cadunt.

Nisi bella, hominum numerus supra modum excresceret. Adeone pauci et absque bello perimus, peste, fame, morbis ceterisque calamitatibus, ipsa denique senectute misera? Natura, ut provida est, crescente hominum numero et media, quibus vitam agant, docebit. Ceterum terra-mater, ut docti ferunt, paene sexies tot incolas, quot sunt, alere potest.

Quod bellum plures artes nos docuisse dicitur[53], id potius partim necessitati, quae artium inventrix appellatur, partim otio tribuendum esse puto. Illa et paci et bello communis, haec solius pacis propria. Notum est adagium – „inter arma silere Musas".

Pariter frustra quidam videntur curis angi, ne sublatis bellis tot occasiones ad egregia facinora, ad virtutes exercendas auferantur, ne propter otium diuturnum animi effeminentur, nobilissimi quique affectus consopiti maneant neve ipsi homines, ceu aquae stagnantes, corrumpantur. Nam modo voluntas ne desit praeclara quaeque agendi et in pace facultas nunquam deerit: tot sunt necessitates, tot miseriae. Ne vero mores dissolvantur, ne torpescamus desides, id religio, id leges, id sensus quidam pectoribus insitus ac veluti ingenitus petendi summa quaeque et praeclara, id denique ipsa vita nostra misera, quae nihil aliud est, quam labor durus et luctamen cum morte, satis videntur providere. Item haud scio, adeone nobiles affectus excitet illud ipsum: occidere, vulnera inferre et excipere, campus cruore madidus, vulneratis occisisque consitus, „ubique plurima mortis imago"[54]

---

[53] Fleck, Der Krieg und der ewige Friede, 1849, p. 54, 55.
[54] Virgilii Aeneis.

Neve commoda victoriarum nominaveris! In bello utraque pars damno afficitur: perimit et perit, damnum dat et accipit. Et victor saepius plus perdit, quam lucratur; et illud ipsum, quod victor hic gaudet, victus dolet, et lites victoria saepius implicat, quam explicat. Lamentabile est bellum!

Itaque cum illud exiguum bonum, quod bello tribui possit, multo facilius pace obtineatur, cum pax sit rectus hominum ordo et bellum nonnisi eius perturbatio (quod neque licitum est nisi suscipiatur ad pacem defendendam vel restituendam) nullum dubium est, quin haec bello sit praeferenda[55] sub omni quidem respectu, sed potissimum quod nostra maximi interest, sub respectu morum. Etenim in pace et rebus secundis universae civitates et privati homines mentem saniorem gerunt; quia non cogit necessitas quaerere vitae praesidia modis malis. Et homines mali, si qui sunt, legibus et magistratibus facile in officio et ordine continentur. Sed bellum, cum copiam quotidiani victus subtrahat, violentus magister est et ad praesentes occasiones multorum impetus incitat. Et homo, qua debili est natura et ad malum prona, suspensa legis auctoritate, perturbatis ob bellum magistratibus, cum nullum frenum cupiditatibus impositum sentiat, facile etiam bonus ad malum inclinatur. Itaque pax est bello praeferenda ac summopere exoptanda, ut regnet vel in perpetuum.

II. Sed iam ad ipsam rem convertamur, possibilisne sit pax aeterna?

Inter doctos hac de re maxima viget opinionum dissensio. Multi bellum absolute necessarium censent, pacem

[55] Cum pacem bello anteponendam esse asserimus, id in universum, abstrahendo a circumstantiis asserimus contra eos, qui bella adeo bona in se esse dicunt, ut si non potiore, saltem eodem iure cum pace sint habenda.

aeternam appellant utopiam, phantasma pulchrum sed inane[56] Atque rem argumentis probant:

Bellum dicunt nihil aliud esse, nisi luctamen inter gentes de existentia; sicut hanc legem naturae, quod est luctamen de existentia, esse perpetuam, constantem omnibus ut plantis, ut ceteris animantibus, sic et homini communem et inevitabilem, ita et bellum esse perpetuum et absolute necessarium.

Sed eiusmodi viri confundunt ordinem physicum cum morali et utriusque legibus eandem vim tribuunt. Atque ipsa eorum argumentatio duplici errore laborat. Primum quod tribuunt legibus naturae adeo infallibilem effectum, ut is nulla ratione declinari possit, secundum, quod nescio, cur sentiant, luctamen inter gentes de existentia necessario sub forma et ratione belli prodire debere. Leges quidem naturae eadem semper et constanti ratione operantur; sed effectus earundem et vis multum pendet ex circumstantiis, quae rursus homini subiacent ita, ut ab eo averti, immutari, aut omnino tolli possint; ergo et legis vis suspendi. Hinc plures sunt leges naturae, quas et ipsas et earum vim operationem que cognita perspectaque habemus, et tantum abest, ut eis obtemperemus coeci, ut potius eas domemus, refrenemus, usibusque nostris accomodemus earumque effectus, qui nobis minus sint propitii, avertamus; ut exemplum afferam fulminis, cuius vim nefandam deductoribus declinare novimus. A pari et de ista luctandi lege dici potest. Et eius infestae nobis operationi, quae ut bellum prodit, possumus occurrere eamque avertere, dum conditiones ac circumstantias, quae bellum gignunt, immutamus, tollimus. Hoc impossibile non est. Lex enim ista ex hominum voluntate

---

[56] Временник Европы, Окт. 1892 , p. 761; Tyschirner, op. c.; B. Sutner, op. c. passim; Jung, De la paix; М. Драгомиров, Очерки, Разбор Войны и Мира.

pendet; homines eam operantur, dirigunt, exequuntur. Homines autem liberi sunt. Sed etiam concesso facto, quod legi luctandi inclutabilis inest vis, ex eo nondum sequitur, ut bellum sit absolute necessarium. Istud enim luctamen inter gentes non solum bello, coeca vi, armis, internecione, sed etiam alia magis humana ratione, etiam maiore cum successu peragi potest: ut via culturae, oeconomiae, laboris, parsimoniae.[57]

Itaque ex lege, quam statuunt, luctaminis universalis de existentia, absoluta belli necessitas deduci non potest.

Alii absolutam belli necessitatem inferunt ex natura humanae voluntatis, quae, ut suis in quoque agitur cupiditatibus, studiis, stimulis, sua gaudet indole ac ingenio, necessario cum alterius voluntate veluti confricari debeat, collidi, ergo bellum gerere. Demum quandam nostrae animae insitam esse volunt vim coecam, energiam, quae id tendat ut sese exserat, quod optime fiat in bello.

At obliviscuntur isti philosophi, non cupiditatibus, coeca vi, instinctu, sed rationis legibus et morum regamur, oportere. Neque mihi liquet, cur nostram vim potius homines trucidando, quam lapides confringendo magis exserere possimus. Certum istiusmodi argumenta ad singulos potius homines, quam ad societates referuntur; atque de singulis si vera essent, bellum omnium contra omnes arderet.

Sed et rerum gestarum scriptores pacem aeternam impugnant: bella et gesta esse et geri; ergo et futurum esse, ut semper gerantur. At quae consequentia? Ex eo, quod quid est vel fuit, nondum efficitur, ut semper sit. Eadem ratione argumentandi et contra bellum rebus gestis uti possumus. Multa enim, quae olim fuerunt et legitima habita sunt, hodie non existunt et dedecori dantur, ut servitutem nominem, et

[57] Celeberrimum opus , Demolins, A quoi tient la supériorité des Anglo-Saxons.

crimini, ut privata bella medii aevi inter familias, urbes, vassalos. Fortassis hodie quoque plura sunt, quae olim non erunt. Cur hisce et bellum non accenseatur?

Denique inter eos, qui bella fatalia esse putant, nominandi sunt plures iuris periti. Qui cum considerant constitutiones quae sunt, rerum publicarum et mutuas rationes ac relationes, concludunt inter societates esse res multas, quae praeter arma, nullo modo solvi possint; ergo bella necessaria. Sed isti quoque magis vaticinari videntur, quam ratiocinari. Ex statu, qui est, licet possint, quadam coniectura res futurae praesentiri, nunquam tamen necessario logica constantia deduci. Etiam posito res inter societates, prouti sunt, sine bello expediri non posse, nihil sequitur, ut semper illae in eodem statu permaneant. Quid si immutentur ultroque componantur? Quid si sublatis conditionibus infestis, et ipsi casus bellandi discesserint?

Atque haec sunt praecipua argumenta, quibus absolutam belli necessitatem, ergo et pacis impossibilitatem evincere conantur. Attamen, ut vidimus, frustra.

Sed neque feliciores sunt ex altera parte, qui certo affirmant, fore, ut vel statim vel post aliquod breve tempus necessario et infallibiliter bella cessent aeternaque pax instet.

Bellum, inquiunt, est crimen enorme, latrocinium grande, tetrae e barbaris temporibus reliquiae. Genus humanum ut virtute proficit cultuque, necessario exsecrabitur rem tam scelestam, sicut exsecratum est servitutem. Qui verus de natura belli conceptus simulatque ad omnes pervenerit (quod sine dubio mox fiet) omnes a bello abstinebunt regnabitque pax aeterna.[58]

---

[58] Fleck. Der Krieg und der ewige Friede; Dreyfus F., L'Arbitrage International; Björklund, Friede und Abrüstung; Condorcet, Tableau des progrés de l'ésprit humain , t. VIII op., Paris 1809.

Primum non bellum est crimen, neque adeo ille profectus generis humani praesertim in moribus est iactandus. Siquidem homo non semper, quae videt meliora probatque, ea sequitur. Omnibus persuasum est de homicidii et furti turpitudine; attamen ista crimina perpetrantur. Ne quis dicat, nos, quae singulis sint propria hominibus, ad societates extendere, quaeso, nonne omnibus perspectum probatumque sit, non solum privatos, sed etiam ipsa regna teneri legibus iustitiae et charitatis; tamen quam saepe hae virtutes inter regna spernuntur!

Sed bellum suis armis mox victum erit ac sublatum. Iam quae hucusque inventa et excogitata sunt arma apparatusque bellici ea vi destruendi perimendique praedita sunt, ut bella iam nunc vix humano modo geri possint et sperandum fore, ut brevi penitus reddantur impossibilia, cum etiam melius excolantur arma. Quippe tunc pugna non alterutrius victoria, sed utriusque excidio terminaretur; ergo bellum absurdum esset.[59]

At, quod recte observat Puzyrewski[60] ut excoluntur arma ad occidendum et destruendum, ita et arma ad se tegendum ac defendendum. Magna est hodie „bombardarum" vis; sed alia quoque ratione arces conduntur et naves bellicae non sunt ligneae sed ferratae. Habuimus nuper bellum inter Graecos et Turcas, vidimus inter Hispanos et Americanos, neque adeo interneciva fuere.

Tandem, ut cetera minoris momenti praeteream argumenta, ex statu oeconomico inferunt, brevi bellum impossibile futurum.[61] Ob militarismum, iam fere exhausta esse omnium aeraria. Bellum vero nonisi ingenti sumptu

---

[59] Bibljoteka Warszawska, 1893, 184, Jan Bloch, Przyszła wojna .
[60] Kraj 1898 Nr 34, Puzyrewski, Krytyka dzieła J. Blocha, Przyszła wojna.
[61] Bibljoteka Warszawska, 1898, J. Bloch, Ekonomiczna wytrzymałość państw wobec przyszłej wojny.

suscipi et duci posse. Eo igitur exorto, statim publicas opes consumptum iri; sed futurum esse, ut et privati suorum bonorum ob perturbatum cultum agrorum ceterarumque rerum, ob interrupta commercia, mox iacturam passi sint. Ergo bellum finiretur non hostis victoria, sed ruina suorum. Imprudens esset suscipere bellum.

Sed iterum nimium exaggerant miseram status oeconomici conditionem. Obliviscuntur, nostra memoria bellum, quo pluris venit, eo citius geri et confici. Neque semper irae secum putant rei exitum. Exhausto aerario, nondum exhauriuntur humanae cupiditates.

Itaque sicut absoluta belli necessitas evinci, ita pacis aeternae infallibilis adventus certo affirmari non potest

Quod cum ita sit, quid ergo sentiendum de pace aeterna? Ne a via recti aberremus, bene distinguenda esse putamus: theoriam a praxi, abstracta a concretis.

Si rem a priori, in abstracto, ut ita dicam, theoretice consideraveris, pax aeterna absolute impossibilis non est. Homines enim, cum ex eorum voluntate et arbitrio pendeat et suscipere et ducere et finire bella, possunt ab eis, nisi fata admittamus, abstinere prorsus. Quod cupiditates agunt, domandae sunt. Quod lites exoriuntur – non vi coeca, quae nihil aequitatem respicit, sed ratione ac iudicio dirimendae. Haec sunt, quae hominem decent eique plane conveniunt.

Hinc et Christus Dominus, Princeps pacis, pacem attulit iterum iterumque commendavit atque tamquam specimen praestantissimum omnibus assequendum proposuit; ut omnes unum sint, ut fiat unum ovile unusque Pastor, ut omnes pacem colant charitatem nec sint schismata, continuo hortatur. Item Sancti Patres semper hortati sunt ad pacem. S. Augustinus in opere, quod inscribitur "De civitate Dei" perfectissimam civitatem fingit, eam, in qua pax sempiterna regnatura sit, ad

eamque assequendam commovet.[62] Romani Pontifices, ut bellis occurrerent, ut ubique pacem restituerent, quid non tentare, praesertim medio aevo, cum ius fortioris passim vigeret. Et nostro Leoni XIII pax vel maxime in animo est. Id sermonibus privatis subinde immit,[63] etiam, ut aiunt, rerum gnari, Encyclicas litteras de hac re parat.[64] Quid plura? Nonne cum tota Ecclesia continuo supplicamus Deo, ut pacem et concordiam principibus donet, ut tranquilli et securi vivere possimus? Imprudens vero id esset, si bellum nobis fatale et subinde pax absolute impossibilis esset. Ergo nisi liberam hominis voluntatem negaveris, pax aeterna saltem in abstracto contradictionem non involvit.

Si fides tribuenda est philosophorum observationibus[65] desiderium pacis veluti ingenitum humano cordi atque insitum est; pax omnibus grata; etiam bella suscipimus, ut pace frui possimus. Genus humanum natura duce, impellitur ad pacem. Re quidem vera homo, ut est socialis et sibi solus sufficere non potest, natura instigante aliorum quaerit consortium, ut coniunctis viribus commune bonum prosequantur. Inde familiae, inde regna sunt enata. Sed quoniam et regna non plane sibi sufficiunt, ineunt foedera, feriunt pacta, consociantur. Omnis autem consociationis veluti comes est pax quaedam. Verum vero naturale desiderium non potest esse inane; finis quem natura homini innuit, ad quem trahit, non potest esse mera chimaera.

---

[62] De Civitate Dei, I, 36, IV, 2, V, 12, 15, 16.
[63] G. Björklund, Friede und Abrüstung , p. 79.
[64] Gazeta Warszawska, 1899, Nr 74.
[65] Liberatore, Institutiones ethicae et Juris Naturae; Item Cathrein, Philosophia Moralis, Stöckl , Lehrbuch der Philosophie, t. III.

Ergo idea pacis aeternae, si naturam humanam respexeris, non plane caret fundamento; immerito tam levi animo deridetur.

III. Quapropter, si res gestas consulueris, nil mirum est, quod tentamina pacis aeternae inde ab antiquissimis temporibus vides. Haec idea nobilis maximi ingenii viros summaeque auctoritatis occupabat atque occupat. Qui varia quoque proposita ad pacem aeternam inducendam retinendamque confecerunt. Quorum praecipua in quasdam classes redacta saltem paucis considerabimus.

Alii, utpote quibus omne bellum videatur provenire ex vitioso, qui nunc est, rerum ordine et regnorum constitutione, ut pax oriatur, immutandum putant esse hunc ordinem, abolenda regna. Eius opinionis sunt anarchistae, socialistae, communistae, ex parte cosmopolitae.[66] Sed quanti eorum principia, quibus aguntur, tanti et pacis propositum est. Quid, si ista placita exsecutioni mandarentur? Sane, cum societates nullae essent, et bella inter eas nulla. Sed eorum loco nonne succederet bellum omnium contra omnes? Abolitis regnis, destructo ordine, sublatis magistratibus, quae frena domarent singulorum cupiditates?

Alii dein observant, bella oriri ex communicatione, ex mutuis relationibus inter societates. Quamobrem ut malo penitus consulatur, putant omnes relationes inter regna tollendas esse prorsus. Solum non convenit inter eos de via ac ratione id assequendi.

Alteri senserunt, id nitendum esse separando invicem regna ita, ut nullum inter ea amplius commercium nullaque relatio subsisteret, ut quodvis veluti clausum, ac obsignatum sit, nihil officii nihilque negotii cum alio haberet. Id dicitur

[66] Br. Loziński, Wieczna wojna, p. 27.

protulisse Plato. Quae tamen idea, ut chimaerica est et hominis naturae sociali adversa et communi bono atque culturae, nunquam plures numerabat fautores, nostra aetate nullos habet.[67]

Alteri contra dixerunt, id posse obtineri tantum unione regnorum inter se. Et quidem alii existimant, bella sicut sublata esse inter germanos principes, fundato ex omnibus uno generali imperio, ita cessatura quoque esse in universo orbe, si omnia regna in unam Universalem Monarchiam conflata sint. Tentamina ad assequendam hac ratione pacem vident in expeditionibus Alexandri Magni, in expugnationibus Romanorum, Caroli V, Napoleonis I.[68]

Nihil dicam, possitne fundata subsistere eiusmodi Monarchia Universalis. Fuit enim Alexandri Magni, fuit Romanorum, fuit Napoleonis imperium! Num sustulerit Monarchia Univsalis omne bellum? Esto; externa tollet, sed interna? Minime videtur. Parum enim prodest coniungere corpora hominum, si animi dissociantur; frustra alicui obtruseris pacem, cum eam in se non portat. Et quo magis diffusum imperium, eo suprema auctoritas debilior, eo maior facilitas rebellandi.

Alii somniant de libera consociatione regnorum foederatorum, statuum Helvetiae instar, vel Americae Septentrionalis. Sed num volent regna inire eiusmodi societatem? Num volent reges quidquam de summo iure, de independentia cedere?[69] Etiam condita eiusmodi respublica minime impediret, quominus bella exorerentur. Documentum est bellum internum de servitute inter status foederatos Americae Septentrionalis.

---

[67] Fleck, op. c., p. 22.
[68] Idem, op. c; Br. Loziński op. c.
[69] J. J. Rousseau, Ingement sur la paix perpétuelle.

Alii demum, cum persuasum habeant, respublicas neque penitus aboleri neque independentia privari posse atque dum illae exsistant relationes inter se connectant oportere, stantibus vero relationibus fieri non posse, quin et lites exoriantur. In eo toti sunt, ut nefando bello aliquod aliud medium ad dirimendas lites substituant.

Omnes tamquam optimum hac in re medium, maxime humanum, ac factu facillimum habent arbitrium internationale.[70] Eius veluti germen nonnulli iam vident in collegio aphyctionum in Graecia, fetialium ac recuperatorum in Republica Romana. Veros arbitros salutant Romani Pontifices medii aevi et Imperatores aliquatenus; item Ligam hanzeaticam, Auream Bullam afferunt. Ideam tamen arbitrii internationalis, sicut nunc excolitur, primus traditur concepisse rex Gallorum Henricus IV una cum ministro Sully. Propositum vero eiusdem arbitrii docte elaboratum ac probatum primus[71] fecit sacerdos, qui vulgo l'abbé de Saint-Piérre vocatur. Deinde idem propositum resuscitavit et ulterius excoluit celeberrimus E. Kant.[72] Nostra memoria arbitrium internationale inter fautores nobilissimos quoque numerat viros;[73] poene innumera sunt collegia amicorum pacis, qui inter cetera arbitrium internationale ut ad usus accomodent, imprimis curant. Diximus: „inter cetera". Nam ut arbitrium auctoritate, qua par est fruatur et pax sit firma, alia multa ab omnibus regnis suscipienda exposcunt. Cum rero hac in re inter pacis amicos

---

[70] Optime scripsit de Arbitrio Fr. Dreyfus , L'Arbitrage International, Paris 1894.

[71] J. J. Rousseau, Extrait du projet de paix perpétuelle de M. L'Abbé de Saint Piérre.

[72] Hagendorf, Opere: Idee des eurigen Völkerfriedens agit de proposito Kantii, Entwurf zum ewigen Frieden Kant. Eandem ideam innuit Kantius, Metaphysic der Sitten, p. I, p. 214-235, Königsberg 1797.

[73] Leo XIII item fovet principium Arbitrii.

fere quisque suum sequatur ingenium, et tempus deficeret et limites disputationis non permittunt omnes omnino aut saltem praecipuas opiniones perpendamus. Quapropter ea tantum videbimus, de quibus inter plurimis convenit.

Primum amici pacis poscunt, ut regna foedere icto iureiurando ad pacem perpetuo colendam se obstringant. Tum accessuris ad foedus quaedam postulata suscipienda proponunt; quae Hagendorf [74] ad tria revocat, ut principium de „non interventu" sit omnibus sacrosanctum, ut exercitus dimittantur, ut lites ad arbitros internationales deferantur.

Missum facimus, num sperari possit; fore ut ista ab omnibus universi regnis suscipiantur et suscepta sancte observentur. Examinabimus tantum, quid ista tria simpliciter et sua vi valeant ad pacem in perpetuum condendam.

Quid sit sentiendum de principio de „non interventu", constat. Illud proscriptum est a Pio IX; ergo ut perversum et rationi et charitati, et hominum bono adversum[75] nefas est proponere ad rem tam sanctam et sublimem, quae est pax aeterna. Praeterea susceptum istud principium etiamsi minueret casus belli ad extra, nihil obstaret bellis internis.

Quod dimittere exercitus suadent, sane consilium optimum. Militarismus noster per se vituperandus,[76] premit populos, plus obest quam prodest.[77] Sed dimisso exercitu cessabuntne bella? Quid, si brevi luctamini, ordinatis agminibus succederet diuturna internectio vulgi? Si loco gladii et hastae in usu esset fulx et securis? Et Status Foederati

---

[74] Hagendorf, Op. cit.
[75] Müller, Theol. Moralis, p. II, p. 379; Stöckl, das Christentum; Princip. des nicht intervention.
[76] Idem Stöckl, Op. cit,. „Militarismus".
[77] Björklund, Op. cit.

Americae Septentrionalis fere nullos alunt exercitus; attamen bellum cum Hispanis feliciter confecerunt.

Sed iam accedamus, quod est caput rei, ad arbitrium internationale. Res quidem optima. Desiderandum, ut lites non coeco Marti, sed prudentibus arbitris committantur. At rursus tota res voluntate regum pendet; volentne reges de summo iure cedere – privatorum instar eiusmodi iudicio submittere? Tandem quae sanctio arbitrorum sententiae erit? Omne ius natura sua est coactivum.[78] Qua vi ergo, qua auctoritate arbitri sua iura et sententias sarta tectaque servabunt? Quid si quae gens obtemperare nolet? „At arbitri provocabunt ad socios foederis, ut eiusmodi audacia vi compescatur." Ad bellum igitur provocabunt? Arbitrium igitur internationale impotens est, quod natura sua bellum omnino intercidat. Quoad summum bella rariora efficere potest, sed plane intercipere, minime. Ne plura, cum totus rei successus ex gentium voluntate pendeat, etiam suscepto communi arbitrio, ea erit pacis stabilitas, quae humanae voluntatis. Haec vero quam parum fida est.

Ne nimium sit manca nostra dissertatio, non possumus praeterire: systema aequilibrii, „Sanctam Coalitionem" (Sainte Alliance) et illud, quod Leo N. Tolstoi excogitavit propositum.

Systema, quod dicunt aequilibrii, ut ipsa vox innuit, cosistit in conatu servandi saltem inter potiora regna eum statum, ut nullum regnum ceteris praeponderet potentia, ut omnibus vires insint aequales.[79] Hoc systema nostra quoque memoria in usu est multisque probatur, qui spem pacis ponunt in metu lacessendi bello hostem aeque fortem ac res suas committendi fortunae ancipiti. Quoniam vero primas partes in bello agunt exercitus, systema aequilibrii mox degeneravit in systema militarismi. „Si vis pacem, para bellum" assumpto

[78] Stöckl, Op. cit., der Militarismus.
[79] A. Bruder, Staatslexicon, v. Gleichgewicht.

veluti tessera illo principio magistratus videntur certare inter se conscribendo augendoque milite, in apparatu bellico fabricando.

Nihil dicam de militarismo: qui aperte minatur pacem. Ipsum aequilibrium quam incerto repositum est fundamento! numne potest servari? Etenim non solum in copiis, in terrarum circuitu, sed etiam et quidem in magnam partem in cultura, in aerario, in moribus, in ingenio vis populi sita est. Haec vero quis mortalium potest lance aestimare et cum opus est, ex aequo distribuere? Hinc aequilibrio spes victoriae non eripitur penitus. Neque mirum, quod post illud natum tot bella gesta sint.

„Sancta Coalitio"[80] est foedus inter potentiora regna ad pacem in Europa tutandam initum anno 1814 Chaumot, confirmatum anno 1815 Vindobonae. Notum est etiam sub nomine „Pentarchiae", quod quinque regnis: Russia, Austria, Prussia, Gallia, Italia constabat. „Pentarchia" a nonnullis multum laudatur et exemplo proponitur, qua ratione ad pacem sit enitendum. Profecto foedus illud multum contulit, ut Europa per aliquod tempus pace frueretur. Sed cum socii eius populos opprimerent, ipsum quoque factum est omnibus exosum atque confectum est mutuis bellis.

Tandem mirum et singulare propositum pacis excogitavit Leo Tolstoi.[81] Ut bella cessent, inquit, solum haec duo omnibus opus sunt: militiam detrectare et hosti non resistere. Remedium longe efficacissimum! Ante omnia hoc unum tantum ei deest, ut ab hominibus usu suscipiatur.

Si quis ex me quaesierit, quid ergo in universum de pacis propositis, quae circumferuntur sentiendum, dixerim,

---

[80] A. Bruder, v. Allianz, Pentarchie.

[81] Л. Н. Толстой, Сочинения М., 1886, 12 Сказка об Ивану дураку и его двух братьях, Семён – воин и Тарас – брюхач.

rationi magis consonum atque factu omnium facillimum esse illud arbitrii internationalis. Atque praeter cetera ob id ipsum, qui dicuntur „amicorum pacis" molimina digna sunt, quae laudentur, tamen et vitiis non carent.

Nostra opinione iis viris potissimum haec tria obiici possunt.

Primum, quod solum extrinsecus,[82] ut ita dicam, nituntur coniungere respublicas, proiecti sunt; ad earum statum non satis attendunt: numquid illae per se subsistere possint, numquid non portent in sinu suo germina seditionum bellorumque, id vel nihil parum in anima habent. In eo toti sunt, ut bella externa intercidant et non advertunt animum ad interna; immovero eis viam pandunt. Sancto enim principio de non-interventu, dimisso exercitu, quid erit, quo factiosi contineantur in officio ac observantia? Verumvero bellum sive internum sive externum utrumque nefandum utrumque pacem turbat. Regna ut pacem dare possint, ipsa apud se oportet habeant pacem: religiosam, oeconomicam, socialem.

Ergo qui conficit propositum pacis, huic vitam internam regnorum silentio praeterire non licet. Non solum ut societates inter se, sed etiam ut penes se pacem condant ac conservent providendum est. Praesertim iura et conditionem populorum, qui ab alienis sunt subacti, nefas est praeterire, quin declarentur; potissimum nostris temporibus, cum nationalismi principium in dies magis magisque diffunditur, cum populi

---

[82] Id maxime culpae dandum l'Abbé de Saint Piérre. Kant postulavit, ut accessuri ad foedus pacificum apud se constituerent regimen constitutionale; hac ratione putavit consultum iri paci internae. Nostris temporibus colloquuntur quidem amici pacis de iuribus populorum et subditorum, sed tantum privatim; publice non audent; praecipue id agunt, ut extrinsecus regna iungant. Neque melius futura Conferentia auctore nostro Imperatore, ut patet ex litteris, datis pridie Kal. Dec. 1898 a., in quibus res ad deliberandum proponuntur.

(nationes) expergiscunt ad vitam, ad libertatem, ad sua quisque recuperanda iura tendunt. Quae cum animo ponderem, diu anceps haesi, quaenam subiecta foederis pacifici meliora essent, quinam sponsores magis fidi pacis universalis: - regna ea constitutione ac statu, quo sunt, an populi – singuli eadem lingua, eadem indole, eodem ingenio, charactere, spiritu, fine, eadem semper religione coniuncti ac veluti constricti et compacti?

Secundum id vitio verti potes pacis amicis, quod multum solliciti sunt de vinculis, quibus, ut ita dicam, corpora societatum constringantur, negligant vero vincula, quibus consocientur earum animi. Homo autem non solo corpore constat, sed etiam spiritu, qui eius naturae pars est praecipua; neque ad societatem nullam liber adduci potest neque in ea perseverare nisi animo consentiat.

Non ei sumus, qui spernendum esse existimemus vim vinculi corporei. Forsitan haec fuerit causa principalis, cur Pontifices medio aevo non valerent orbem christianum in pace continere, nempe quod tantum gladio spirituali, persuasione agebant, adminiculum vero opum temporalium non semper eis praesto fuit. Magna est vis vinculi concreti; optandum igitur (quod cordi est pacis fautoribus), ut ubique et commercia sint liberiora et protectionismus decrescat, et neutralitatis principium latius extendatur, ut societates magis magisque relationibus et mutuis commodis oeconomicis, socialibus, mercatoriis connectantur et copulentur. Verumtamen animi quoque minimum negligendi; immovero id praecipue agendum, ut illa viae tetrae, quae quorundam populorum pectoribus insident eosque inter se odio capitali dividunt exstinguantur, ut studia inter eos contraria sedentur, dissensiones evanescant animique omnium amice

componantur. „Nam idem sentire atque idem appetere idem velle atque idem nolle ea demum firma amicitia est."[83]

Tandem in eo vel maxime peccant pacis amici, quod cum sua proposita condunt remediaque belli ponderant, religionem praetereunt fere neglectam: plurimi erga eam se gerunt passive, paene omnes vero non perspiciunt neque eius momentum neque vim benignam ad pacem. Probato illo Voltaire'i: „pax nihil aliud nisi tolerantia",[84] putant fore, ut lites religiosae ultro conquiescant magis magisque crescente tolerantia. Sed sicut principium, in quo nituntur, falsum est, sic spes eorum vana. Quo facilius ac tutius pax inter societates exoriatur vigeatque, tantum abest, ut religionis sensus suffocandus tolerantia, ut excitandus fovendusque sit. Mirum enim, quantum vera religio, quae est catholica et ad illud foedus pacificum formandum et iam formata tum conservandum valeat. Ecclesia Catholica iam ipsa sua universalitate, qua veluti gallina pullos, omnes omnino gentes et errantes vocat et congregatos fovet. Neque minus sua unitate, qua omnium omnino et mentes eadem sententia et cor eodem sensu perfundit iungitque haec Ecclesia Catholica nonne optima est ampex foederis pacifici, adintrix et promotrix? Praeterea status perpetuae inter societates pacis est status perfectus, specimen perfectionis. Qui ut perdurare possit, opus est, homines semper colant: iustitiam, caritatem ceterasque virtutes. Id vero homo, qua est natura imbecillus, non est idoneus, qui valeat, nisi gratia divina ceterisque fidei nostrae adiumentis succurrentibus auxilio. Tantoque magis, quod in consueta societate cives magistratus auctoritate etiam

---

[83] Sallustius, c. XX, 4.

[84] Voltaire, Oeuvres compl., t. II, Paris 1827, „la seule paix perpetuelle, qui puisse être etablie chez les hommes est la tolerance". De proles animaux carnassiers se dechireront toujours à la premiére occasion."

vi, ubi opus est, in officio et observantia contineantur. Verum in illa confoederata orbis terrarum republica nulla tanta auctoritas, nulla vis erit, quae societates in pace contineat, nisi sua cuiusque fides data, recta conscientia, voluntas bona. Haec vero ut pondus et vim salutarem habeant, societates religionis verae sensu perfundantur atque regantur oportet. Verus igitur pacis amicus cum eius media considerat, non modo praegredi religionem non potest, sed etiam tribuere ei debet locum principem.

Itaque vidimus, pacem aeternam absolute non esse impossibilem. At cum ventum est ad proposita eam assequendi, quae lucem aspexerunt manca apparent et imperfecta. Hic forsitan quispiam dixerit: ergo tute melius facito propositum. Volupe id fuerit, quippe cum multum de hac re nobiscum deliberavimus. Sed abstinendum censuimis, tum ne dissertatio in molem exeresceret, tum quod persuasum habemus omne etiam optimum quodcumque propositum posse tantum aliquid conferre ad id, ut pax facilius vel introducatur vel consevetur. Sed ipsum introducere pacem et conservare semper pendebit hominum bona voluntate. Et angeli Principe pacis nascente annuntiaverunt quidem pacem, sed tantum hominibus bonae voluntatis.

Cum igitur pacis aeternae possibilitas non huc redit, ut eam ex anima velimus, voluntatem excolamus, necesse est, ut bona sit, ut virtutibus ornata, omnibus quidem, sed vel maxime iustitia. Nam „et erit opus iustitiae pax, inquit Isaias, et cultus iustitiae silentium et securitas usque in sempiternum." Et S. Augustinus perquam pulchre ad rem: „Duae sunt amicae, inquit, iustitia et pax; tu forte unam vis et alteram non facies. Nemo est, qui non velit pacem, sed non omnes volunt operari iustitiam. Interroga omnes homines: vis pacem? uno ore respondebit tibi genus humanum: opto, cupio, amo, volo. Ama

iustitiam, quia duae sunt amicae iustitia et pax; ipsae se osculantur. Si amicam pacis non amaveris, non te amabit ipsa pax nec veniet ad te." [85] Pariter notissimus anglus Urquhart dixit; fere nulla bella fore, si non susciperentur nisi iusta; optimamque rationem ac modum pacis perpetuo servandi esse decalogi cultum et observantiam in vita publica.[86] Idem brevius S. Chrysostomus: „si omnes christiane viverent, bella ignota essent.

IV. Sed e regionibus idealibus descendamus ad realcs, a doctrina et praeceptis transeamus ad vitae usus.

Instabuntne aliquando illa beata tempora, cum pax perpetua regnatura sit hisce in terris?

Docti, ut supra vidimus, non eiusdem sunt sententiae de hac re. Profecto in Litteris sacris occurrunt quaedam oracula [87] pacis perfectae; sed utrum eis locis sermo sit de pace inter regna, an de pace coelesti, an de pace animarum, an de pace temporibus, cum Christus nasceretur, inter Scripturarum peritos non constat.

Restat igitur, ut res gestas generis humani consulamus. Quid nobis illae? Appropinquamusne regno pacis hisce in terris? Multa adduci possunt, quae videntur testari, nos appropinquare.

Atque imprimis ipsum bellum.[88] Apud antiquos bellum et pax eodem iure sunt. Aristoteles,[89] facile princeps philosophorum, ut vitam privatam inter negotium et otium, sic

---

[85] In Psalmum 84.

[86] Przegląd Powszechny, 1889, t. XXII, ks. M. Morawski, Dawid Urquhart, Kwestya wojny .

[87] Isaias, c. II; Mich. c. IV.

[88] Holzendorf, Op. cit., quam multa falsa.

[89] Cajetanus affert haec verba, Theol. Moral., p. 326.

publicam inter bellum et pacem ex aequo dividit. Bellum et Pax sunt deae, sorores geminae utraque eodem honore colitur, sed illa magis. Verum venit Princeps pacis, Christus, Mars throno deicitur fitque servus pacis. Non quaeritur pax, inquit S. Augustinus, ut bellum exerceatur, sed bellum geritur, ut pax acquiratur. Esto ergo bellando pacificus, ut eos, quos expugnas, ad pacis utilitatem perducas.[90] Scholasticis neque licitum est bellum, nisi cum intentione pacis geratur. Nostra aetas etiam magis constringit Martis iura: bellare licitum, quamdiu de nullo alio remedio ad lites dirimendas conventum sit.[91]

Principium neutralitatis magis magisque cum ad personas et res quasdam, tum ad integra regna extenditur.[92] Neutrales vero respublicae, quarum magni interest, utrum bellum sit an pax imperturbata magis magisque id agunt, ut et ubi enatae sunt lites, illas componant et postquam ventum est ad bellum, illud temperent. Profecto si conferamus nostras belli leges ac consuetudines cum eisdem non solum antiquorum, sed etiam medii aevi, mirum quantum profecimus humanitate. Id quoque memoratu dignum puto, Bellonam, dum senescit, multum de pristina venustate ac gratia amisisse neque adeo pellicere animos iuventutis ut olim, tum propter rationem ac modum pugnandi, qui est, tum propterea, quod iam non qui ultro volunt, sed qui sorte eliguntur, arma tractare debent. Itaque Mars saeculorum tractu pedetentim et gradatim, si fas est ita loqui lentescit ac mitescit.

Sed et pacis sensus ac desiderium, ut tempus currit, intenditur crescitque. Ante Christum pax aeterna, aniversalis res ignota, quam ne somniant quidem, nisi quod poëtae versu

---

[90] De Verbo Domini.

[91] T. Simar, Moral Theologie, 1877, p. 404, allegat Welter'i sententiam de hac re.

[92] Bruder, Staatslexicon , v. Neutralität

lugubri aurea pacis tempora celebrant, ut olim acta nec unquam reversura, a quibus genus humanum magis magisque recedat. Christus rem immutat, ut specimen assequendum proponit pacem ad eamque colendam impellit. Et nitimur ex hoc tempore ad pacem. Longum esset omnes conatus enarrare. Sed velim videas, quid profecerimus.[93] Hodie pace aeterna non modo singuli et quidem rari homines, sed fere innumera collegia occupantur; non modo docti sed etiam plebs vix culta, non modo privati, sed et summi imperatores [94] neque privatum tantum, sed publice in conferentiis deliberant. Ipsa quoque proposita pacis gradatim magis exculta ac rationi consona excogitantur. Sed etiam usu res proficit; nostra aetate saepius, quam unquam gubernia exortis litibus ad arbitros recurrunt. Res publicae vero americanae religione quoque inter se obstrinxerunt; antequam ad arma ventum esset, rem ad arbitros deferre. [95]

Item religionis Christianae, quae optima est pacis fautrix, dominatus continuo extenditur; increduli et haeretici passim resipiscunt et in sinum Ecclesiae redeunt.

Item magis magisque omnibus in animo est idque tendunt, ut publice non secus ac privatim iustitia duce, non vero suis quisque commodis regamur. Quo vero lites inter societates facilius expediri possint docti inde a Suarezio et Hugone Grotio operam navant Codici Iuris Gentium elaborando. Cui rei ipsa gubernia auxilio veniunt, dum in conferentiis, congressibus communi sententia quasdam leges, a

---

[93] Проф. Гр. А. А. Комаровский, Успехи идеи мира, М. 1898.

[94] Noster quoque Imperator, cuius nomine binae litterae a ministro rerum externarum datae sunt ad omnia gubernia, ut inter cetera de pace quoque deliberaturi, convenirent in aliquam urbem, v. Kraj 1898, n. 34, Вестник Европы 1899 февр. P. 807-815.ё

[95] Dreyfuss, Op. c., p. 207-247.

quibus regantur invicem, condunt. Quo factum, ut fundamenta eiusmodi codicis iam veluti posita sint. Sed maxime de hac re sunt merita duo collegia an. 1875 fundata: alterum Gandavae, alterum Londini.[96]

Cum privati tum respublicae magis magisque coniunguntur ac veluti conglutinantur. Inventis viis ferreis, telegraphis, commercia inter homines facta sunt faciliora et frequentiora, opiniones et cogitata communicantur ac permutantur facillime opera ut conscripta ac prelo excusa, statim diffunduntur ubique; docti ex longe dissitis regionibus passim conveniunt ad simul deliberandum; homines etiam diversarum gentium ineunt societates, continuo agunt conventus, ut una suas res persequantur. Ne multa, limites regnorum sensim ac pedetentim veluti evanescunt; separatismo sublato. Vincula quoque, quibus regna colligantur, sive oeconomica, sive socialia, multiplicantur ac fortiora evadunt. Iam sunt quaedam Uniones internationales, ut: postalis, telegraphica, viarum ferrearum, de proprietate et usu eorum, quae excogitantur, inveniuntur, conscribuntur. Item gubernia continuo conferentias et congressus agunt, in quibus de suis rebus amice colloquuntur ac deliberant.

Quae omnia efficiunt, ut regna quasi unam magnam familiam constituant, inter se consuetudine peculiari, coniunctam, quasi universalem confoederatam rempublicam.

Atque haec omnia non est cur dicam, quantum ad efficiendum illud foedus pacificum conducant atque ad pacem universalem.

Demum haec quoque operae pretium est subiungere. Nonnulli[97] post theoriam evolutionismi ac positivismi, veluti

---

[96] Hohzendorf, Op. c., p. 60.

[97] Przegląd Powszechny, I 1899, Ks. M. Morawski, Wstęp do studyum o Obcowaniu Świętych.

aerae cuiusdam novae auspicem, laeti salutant quem dicunt solidarismi theoriam enascentem; quae cum in philosophiae campo tum in ceterarum disciplinarum dominare incipiat. Solidarismus vero inter alia id quoque agit, ut homines gentesque tanquam fratres iungat ac veluti consolidet invicem.

Quod cum ita sit, multis spes affulget fore, ut brevi pax perpetua instet; atque tempus eius adventus praevidere conantur. Num longius, inquiunt, distamus a pace perpetua, quam volitum? Afri a nostra cultura; immovero, quam tribus ante saeculis civitates, vassali principesque germani a concordia mutua; ut servitus sublata est, max et bella cessaverint.[98]

Verum praepostera videntur praesagia; hand scio an non plura afferri possint, quae dicant, spem eorum inanem esse.

Non obstante enim cultura quacunque homo idem manet, eius natura non immutatur. Neque cultissimus quisque fit optimus atque maxime moratus; saepe contra accidit: quo cultu homo progreditur, cupiditates eius crescunt, intenduntur studia et auctis desideriis ipsa vitia ac peccata sunt magis exquisita.

Atque si animum adverteris, ne dicam ad barbaras et ethnicas gentes, sed ad regna christiana, num illae fruuntur pace apud se interius? In vita religiosa passim discidia. Et ista tolerantia, quam adeo iactant?! Nimirum omnibus numeris absoluta esset; nisi gemitus catholicorum ac sanguis, qui hic illic funditur. In vita oeconomica: certe uniuntur homines, sed dubito, an caritate potius, quam odio capitali: pauperes in ditiores, operae in dominos. In vita sociali: factiones anarchistarum, nihilistarum, massonum, socialistarum. Quae id singulare habent, quod cum sint diffusae per regna, vix

[98] Eiusdem sententiae est notissimus Проф. Гр. Л. Л. Комаровский, Успехи идеи мира, М. 1898.

radicitus exstirpari possunt; ubi uno loco compressae sunt, in alio caput extollunt. Inter nationes hacatismus, germanisatio et id generis monstra; atque redit in memoriam illud Scripturae: „et surget gens contra gentem et populus contra populum".

Sed inter ipsas respublicas extrinsecus, quot sunt causae, quae bellum minantur? [99] Variae quaestiones torquent omnium animos: quae dicitur Occidentalis de Alzacia et Lotaringia, - orientalis de peninsula Balcanica; enata est quoque de coloniis extraeuropaeis quaestio: praeterea in promptu semper est, ut causa patrimonii S. Petri emergat.

Uniuntur quidem societates, sed potius suis quaeque commodis ductae, quam pacis amore; ineunt foedera, sed nescio, an non magis metu, odio aliae in alias actae, quam caritate.

Vox iustitiae aëra perstrepat, sed usu in vita publica quam raro venit.

Quo leges belli humaniores, eo arma magis funesta.

Pax in ore omnium versatur atque en! tota Europa horret armis, etiam mulierculae proripiunt ad arma. Omnes colloquuntur de dimittendo milite; et ecce novi exercitus conscribuntur, meliores parantur apparatus bellici.

Aguntur conventus pacifici, convocantur conferentiae et en clam insidias alii aliis struunt.

Itaque cum res gestas consulueris, testari videntur, nos sensim et gradatim progredi ad pacem. Cum vero ad populorum vitam, quae agitur, oculos coniceris horridum minitantemque vultum saevi Martionis conspicies.

Quod cum ita res se habeat, quid ergo? Advenientne illa beata tempora cum gladios contundant in ligones et lanceas in

[99] Kraj, 1898, nr 36.

falces neque gladium sumant alius in alium, neque bella ultra addiscant.[100]

Quaeso, tu ipse iudicabis, benevole lector. Nobis sufficiat venia tua exposuisse, quae res gestae ac ratio, quae vita et usus dicunt. Rem tu ipse videbis. Sed vis, ecquidem respondeam? Vaticinandi donum a me alienum sentio. Non audeo vaticinari.

Sed si instes, urgeas. Facio tibi poëtam loquentem (huic enim generi magna necessitudo est cum vatibus):

„Zstąpi na ziemię
Królestwo Boże
Zachód i Wschód
Podadzą dłonie –
Ludowi lud.

Duch wionie z krzyża
I świat ogarnie
Jak jeden Pasterz,
Jedną owczarnię.
Kiedy? – wie tylko Bóg!"

(A. E. Odyniec)

[100] Isaias, II, 4.

Настоящая диссертация препровождается к п.г. Профессорам Императорской р.к. Духовной Академии для рассмотрения и обозначения на семже времени прочтения и своего о ней мнения. 30 апреля 1899 г.

Ректор Академии – Епископ Недзялковский

Читали:

Инспектор и Профессор Канонического Права
Прелат Ретке д. 2 мая
Адюнгт проф. Нравстф. Богословиа
Кс. И. Мацулевич, 15 мая
Проф. И. Цепляк
Проф. Кс. Л. Гавронский
Проф. Цвиащенного Писанния Кс. Адам Акко
Проф. Кс. Ф. Джевиецкий

Сочинение О баснях Крылова

написанное воспитанником

Георгием Матулевичем

К. Б. Р. К. Духовной Академи

для получения ст. Магистра св. Богословия

С. Петербург 1899 г.

Documentum originale invenitur in
Lietuvos Mokslu Akademijos Biblioteka, Vilnae
signatura: F 315-826

О БАСНЯХ КРЫЛОВА

Их народность и художественность

Басня перешла в Россию в XVIII веке и вследствие своей видимой лёгкости до того полюбилась нашим писателям, что не было почти ни одного русского поэта, который не упражнялся бы в этом роде поэзии. Некоторые из них приобрели известность своими баснями, как знаменитейший в своё время баснописец Димитриев, другие же, как Державин, Жуковский, Батюшков только испытывали себя в них, но во всяком случае никто из них не ставил басню единственным предметом своей музы, да и публика мало интересовалась этим видом поэзии.

Крылов же, как баснописец, представляет замечательное безпримерное в нашей литературе явление: почти с выхода в свет первой его басни он является любимцем всей читающей публики, о чём свидетельствует число экземпляров всех изданий басен Крылова, достигшее ещё при его жизни 77 тысяч.

Однако басни далеко не первый опыт литературной деятельности Крылова, которая вообще началась очень рано. Ещё будучи мальчиком, Крылов сочиняет оперу, затем пробует трагедии и комедии и наконец вступает на поприще сатиры, оказавшейся, хотя и в другом виде, истинным его призванием. Только на 38 году своей жизни, а именно в 1806 году, какое-то счастливое вдохновение побудило его написать в подражание Лафонтену три басни: «Дуб и трость», «Разборчивая невеста», «Старик и трое молодых», которые определили раз [и] навсегда его

литературное призвание. Итак мы видим, что первые басни Крылова были только подражанием французским баснописцам, но на ряду со заимствованными он стал почти сразу давать и свои собственные басни: «Ларчик», «Музыканты», «Оракуль», «Обезьяны» и т. п. В стих басен Крылов написал до 200, из них которых около 40 заимствованных у иностранных баснописцев: Лифонтена, Эзона и других. По своему сатирическому содержанию басни Крылова могут быть разделены на два разряда: одни касаются людских недостатков вообще, другие же выставляют на вид особенности русского общества, либо вызванные ходом его истории, либо коренящиеся в народном духе и характере. К последним примыкают и те, которых происхождение связано с современными историческими событиями или обстоятельствами. Вообще из числа басен Крылова можно выдилить целлую группу таких, которые составили бы картину современной ему России весь её быт. В баснях «Петух и жемчужное зерно», «Мартышка и очки», «Свинья под дубом», «Чижик», «Осёл и соловей» Крылов осмеивает людей невежественных; в баснях «Обезьяна», «Белка» осмеивает бестолковый и бесполезный труд. Людей губящих свои дарования ленью осуждает в баснях:

«Пруд и река»,

«Так дарование без пользы [света] вянет»,

«Слабья всякий день»,

«Когда им овладевает лень»,

«И оживлять его деятельность не станет».

Другие общечеловеческие недостатки, пороки и слабости, как ложь, хвастовство, грубую неблагодарность, скупость, жадность, низкое угодничество он отмечает в баснях: «Лжец», «Синица», «Крестьянин и работник»,

«Волк и журавль», «Скупой», «Фортуна и нищий», «Две собаки» и др. Но наиболее колкой, попадающей не в бровь, а прямо в глаз сатирой Крылова является осмевание наших собственных недостатков и пороков, так в баснях: «Крестьянин и змея», «Бочка», «Червонец», «Кукушка и горлинка», он порицает то пристрастие русских ко всему иноземному, в особенности французскому, которые заставляют их посылать воспитывать своих детей за границу, или поручать воспитание, часто совершенно невежественным французом, которых много осталось в России после отечественной компании, что конечно не могло не отразиться вредно на характере и умственном развитии воспитанника. Много есть у Крылова басен (как например: «Лисица и сурок», «Крестьянин и овца», «Крестьяне и река»), касающихся пороков и слабостей современного ему чиновника мира, взяточничества; он нападает и на сословные наши недостатки, так басня «Гуси» основана на ложном почитании дворянами благородства, а в басни «Тришкин кафтан» Крылов осмеивает тех, которые привыкли поправлять свои запутанные дела залогом и перезалогом имений. Касаясь общественных недостатков и разных общественных отношений, Крылов не оставляет без внимания и взаимного отношения [дам] и сословий, что выразилось у него в баснях «Пушки и паруса» и «Листья и корни». По поводу событий отечественной войны Крылов написал четыре исторические басни: «Волк на псарне» и «Ворона и курица» показывает незатруднительное положение Наполеона после Бородинского сражения и бедствия французов после занятия Москвы; басня «Обоз» написана с целью оправдать медленность действий Кутузова, а в

басне «Щука и кот» описана неудачная попытка Чичалова захватить в плен Наполеона при переправе через Березину.

Таково содержание басен Крылова, но не одним богатым содержанием басня снискала себе безсмертие, [в них] отражается народная дума и эстетическая красота. Нельзя не удивляться Крылову, что в то время, когда всё общество было заражено безграничным пристрастием к чужому, когда все его современники – писатели, как Херасков, Державин, Карамзин, Жуковский, Батюшков старались в своих произведениях подражать западно-европейской литературе, он один сумел противостоять этому влиянию, один боролся с иноземщиной и остался чисто русским народным поэтом-баснописцем. Даже в заимствованых баснях его мы не видим ничего чужеземного. В изобретении содержания, в манере повествования, в речах лиц всюду чувствуется русский дух, всюду пахнет Русью; так и чувствуется, что все эти волки, лисицы, медведи, гуси, даже тигры, львы, слоны, голуби, все они как будто родились и выросли на полях и в лесах России. Каждое действующее лицо его басни имеет образ и характер чисто русский, а в речах их виден русский здравый ум. Былинский говорит о баснях Крылова, что он вполне выразил ими целую сторону национального духа: «В его баснях, как в чистом, полированном зеркале отражается русский практический ум с его кажущеюся неповоротливостью, но и с остыми зубами, которые больно кусают; с его сметливостью, острою и добродушно-саркастическою насмешливостью; с его природною верностью взгляда на предметы и способностью коротко, ясно и в масть кудряво выразиться. В них вся житейская мудрость, плод практической опытности и своей собственной и завещанной отцами из

рода в род». Народность басен Крылова выразилась в языке, не в том насыщенном, полном словянщины и голлицизмов, который господствовал в современной Крылову литературе, а в том живом, бойком чисто русском языке, который считает своим творцом Крылова и которым последний владел, как своей собственной, свободною и самобытною силой. Язык Крылова в баснях отличается правильностью, необыкновенным богатством образцов живой народной, русской речи, слог – плавностью, выразительностью. «Язык его, - говорит Булгарин – есть, так сказать возвышенное простонародное наречие, неподражаемое в своём роде, и стольже понятное и милое для русского вельможи, как и для крестьянина... Слог изображает простодушие и вместе с тем замысловатость русского народа – это русский ум, народный, русский язык, облагороженный философией и светскими приличиями». Сжатость и бойкость в разсказе совершенно напоминают собою свойства слога, составляющих особенность народных поговорок и пословиц, где наиболее обнаруживается сила и отличительная природа народного языка.

Для изображения какого-нибудь явления в жизни или природе, Крылов совершенно в духе народного склада речи не тратит много слов: он метко и кратко обрисовывает предметы, причём не нуждается в полноте частей предложения, которая составляет неизбежную необходимость письменной речи, например: «И, полно, куманёк! Вот невидал: мышей! Мы [отлавливали] и ершей!», или

«По камням, рытвинам пошли толчки, скачки!»,
«Левей, левей, и с возом бух в канаву!»,
«Прощай, хозяйские горшки!».

Вследствие указанных свойств язык басен Крылова представляет собою довольно значительный склад простонародных слов, пословиц, поговорок и так называемых идиоматизмов. Как пример простонародных выражений можно привести слова: вострyха, горланит, залились, батрак, верещал и многие другие. На ряду с этим можно отметить в языке Крылова множество пословиц и поговорок и взятых им у народа, и данных им народу, таковы: «наделала синица славы, а моря не зажгла; что сходит с рук ворам, за то воришек бьют; хоть видит око, да зуб нейметь; как ты посеял, так и жни; кто в лес, кто по дрова; не плюй в колодец, пригодиться воды напиться». Из бесчисленного множества идиотизмов отметим следующие: «что это зло ещё не так большой руки, ...чудес палата,куда на выдумки природа таровата, хлопать мартышкин полон рот, на ту беду лиса близёхонько бежала». Уменьшительные и увеличительные, ласкательные и презирательные существительные, как элемент языка народного, живого и разговорного, так обильно разлитые в баснях, представляют собою необыкновенную бойкость, жизненность, придают ему особенную художественную красоту и образность, весёлое остроумие и безискуственность: «голубушка, как хороша, ну что за шейка, что за глазки, какие пёрышки, какой носок, и, верно, ангельский быть должен голосок!; Спой, светик, не стыдись!; какие бабочки, букашки, козявки, мушки, таракашки, какие крохотны коровки!; у Климаша – судьи часишки вор стянул; послушай-ка, дружище, ты, сказывают, пить великий мастерище; «какой ты злой, гребнишка!» – кричит мальчишка». Для усиления понятия о каком-нибудь предмете Крылов изобрёл превосходную степень для существительных: «для дорогих гостей

разостлано внизу премножество сетей; идол стал болван – болваном; и из гостей домой пришла свинья свиней». Частицу пре он употребляет для выражения высшей степени качества: предменный, предобрый, пребогатый, прекосматый, а для выражения понятия о принадлежности он производит прилагательные от существительных, таковы: сверный дух, лисицыны слова, служба белкина, мышина мочь.

Глагольные формы в языке басен Крылова отличаются особенным колоритом – это чисто русские формы, составляющие неотъемлемую принадлежность народного, живого говора или склада народных песен, например: «Довывал», «Дираль», как форма чисто народная многократного вида – «откуда не возьмись» – в значении сослагательного наклонения, к этому можно прибавить употребляемые Крыловым деепричастия на – учи, -ючи: живучи, скучаючи, разбираючи. Наречия отглагольные и сложные, точно такие, как и уменьшительные и увеличительные, представляют собою довольно частые народные формы в живом разговорном языке, встречаются у Крылова в изобилии: «знать с товаром на ярмарке, я, чай, подумал, что гору встретил; и слово за слова знакомятся они; а бедный пруд год от году всё плох; на ту беду лиса близёхонько бежала; а псы смирнёхонько лежат». Глагольные сказуемые в неопределённом наклонении, более свойственные разговорной речи, чем правильно грамматической обработанной, литературной, Крылов употребляет то вместо повелительного наклонения для выражения исполнения непременной роли лица повелевающего, то вместо изъявительного наклонения для выражения продолжительности действия: «уж брать, так брать, а то и

когти, что марать; и почему дивиться; (лягушка) и ну попорщиться, пыхтеть и надуваться; ну на него метаться, и лаять, и визжать и рваться».

Для выражения необыкновенной быстроты действия и живости речи, у него то и дело встречаются, как сказуемое отглагольное междометию: «что силы есть – хвать другая кемнем в лоб, тихонько медведя толк ногой; а тут тихонько шасть к брамину настоятель». Вот черты, в которых выразилась народность языка басен Крылова, и потому нельзя не согласиться со словами академика Срезневского: «И прекрасен и разнообразен, и богат его подбор слов, так богат, что из одних басен Крылова можно выбрать довольно большой словарь русского языка».

Из вышесказанного мы видим, что Крылов несомненно обладает высоким творческим талантом, мало того, он возвышает свой талант умением облекать создаваемые картины бойкою, живописною, народною речью; и вот отсюда является та пленительная художественность, та красота его басен, в которых нам нравятся и содержание, и изложение. Каждое действующее лицо в его баснях индивидуально: имеет характер и образ ему одному приличный, всякое из них, будь то человек или животное, живо и типично, таков и Демьян, угощающий Фому своею ухою, такова плутоватая и лживая лиса в разных образных произведениях, где она действует.

Содержание басни отличается богатством, разнообразных земель и живностью образов, в них мы находим целый ряд прелестных поэтических картин, как прилестна, например, картина разбушевавшегося ручья:

«Ручей из берегов бьёт мутною волной,
Кипит, ревёт, крутит чистую пену клубы
Столетние валяться дубы

Лишь треск далёко слышен»

И не только картины природы отличаются у Крылова богатством красоты, черт характера. Какая простодушная весёлость в изображении нравов и обычаев звериного и птичьего мира. Всё это объясняется тем, что Крылов любил природу – и природа раскрыла перед ним мир своих роскошных созданий с разнообразнымми оттенками их типических свойств. Но ещё больше привлекательности и художественного смысла придаёт басням тот живой и живописный язык народа, которым в таком совершенстве владел Крылов. Тонкое знание этого языка делало то, что часто одним словом, одним кратким оборотом речи он верно и метко очерчивал какой-либо характер, предмет, или образ; из этого же богатого по своему разнообразию языка почерпал он краски для изобразительности и картинности разсказа. Кроме того и стих Крылова находится в удивительно художественном соответствии с содержанием: «Речь его, - говорит Гоголь – покорна и послушна мысли и летает как муха, то являясь в длинном шестистопном стихе, то в быстром одностопном, разсчитанным числом слогов выдаёт она ощущительно самую невыразимую её духовность».

«В июль, в самый зной, в полуденную пору,
Сыпучими песками, в гору,
С поклажей и семьёй дворян
Четвёркою рыдван
Тащился». («Муха и дорожные»)

«По камням, рытвинам пошли толчки, скачки,
Левей, левей, и с возом – бух в канаву». («Обоз»)

Как поразительно верно соответствует здесь стих содержанию: читатель точно присутствует мысленно при том действии, которое описывает Крылов. Или в стихах:

«Защёлкал, засвистал,
На тысячу ладов тянул, переливался,
То мирно он ослабевал,
И томной вдалеке свирелью отдавался,
То мелкой дробью вдруг по роще разсыпался».

(«Осёл и соловей»)

Так и слышится пленительное пение соловья. В заключение скажем несколько слов о значении басен Крылова. Это значение обусловливается сатирическим содержанием басен, в которых он порицал недостатки и пороки человеческие, осмеивал людское невежество, ложь, хвастовство, скупость, жадность, глупость, неблагодарность и т.п. Мало того его колкая сатира касается и грубых нарушений правды и законности, и злоупотребления силы и власти, даруемых установлениями общества. В этих баснях, как в зеркале отражается современный Крыловову русский быт, вся картина современной ему России. Это значение – воспитательное, нравственное. Крылов воспитывал народ в нравственных истинах, предостерегал его от подобных нравственных зол, и тем вернее достигал своей цели, что говорил с народом на его родном языке – народном. Это вторая заслуга Крылова, он первый показал, что у нас существует свой собственный чисто русский народный язык. Язык, богатый выражениями, полный живости, бойкости, пленительности на который так же легко переносится всякое знание, как и всякое поэтическое творчество. Неудивительно поэтому, что Крылов своими баснями снискал в России безсмертие, которое ещё при жизни баснописца напророчил ему князь Вяземский:

«Забавой он людей исправил,
Сметая с них пороков пыль;
Он баснями себя прославил
И слава эта – наша быль.
И не забудут этой были,
Пока по русски говорят,
Её давно мы затвердили,
Её и внуки затвердят».

Настоящая диссертация препровождается к п. г. Профессорам Императорской р. К. Духовной Академии для рассмотрения и обозначения на семже времени прочтения и своего о ней мнения. 30 апреля 1899 г.

Ректор Академии
Епископ Недзялковский

Читали:
Проф. Русского Правописания – Н. Неграсов, 18 мая (3х).
Профессор Канонического Права – Ретке, 20 мая

(Tłumaczenie polskie)

ROZPRAWA

opracowana przez wychowanka

Rzymsko-Katolickiej Akademii Duchownej

JERZEGO MATULEWICZA

dla uzyskania

stopnia Magistra Św. Teologii

Sankt Petersburg 1899 r.

BAJKI KRYŁOWA

Ich narodowy charakter i artyzm

Bajka trafiła do Rosji z Zachodu w XVIII wieku i stała się bardzo poczytna. Nie było w tym czasie poety, który by nie pisał bajek. Niektórzy z tych poetów zdobyli sławę jako bajkopisarze, jak np. Dymitriew. Inni pisarze, jak Dzierżawin, Żukowski, Batiuszkow, próbowali pisać bajki, nie traktowali jednak bajkopisarstwa wyłącznie jako swej dyscypliny literackiej, a ich czytelnicy nie byli również zainteresowani tego rodzaju poezją.

Kryłow, jako bajkopisarz, staje się najbardziej znanym i cenionym twórcą w tej dziedzinie naszej literatury. Niemal od momentu ukazania się jego pierwszej bajki, jest ulubieńcem czytelników. Jeszcze za jego życia ukazało się 77 tysięcy egzemplarzy wszystkich wydań „Bajek". To jednak nie od bajek zaczęła się twórczość literacka Kryłowa, rozpoczęta bardzo wcześnie. Już jako chłopiec napisał operę. Potem pisał tragedie i komedie, wreszcie wchodzi na drogę satyry, która, jakkolwiek przybrała swoisty charakter, okazała się jego prawdziwym powołaniem.

W 38 roku życia szczęśliwe natchnienie skłoniło go do napisania trzech bajek według Lafontena: „Dąb i laska", „Wybredna narzeczona" oraz „Starzec i trzech młodzieńców", które utrwaliły raz na zawsze jego powołanie literackie.

Jakkolwiek pierwsze bajki Kryłowa były naśladownictwem bajkopisarzy francuskich, to jednak wnosi on w swoje bajki elementy własnej twórczej indywidualności: Szkatułka", „Muzykanci", „Wyrocznia małpy" itp.

Kryłow napisał około 200 bajek. W tym około 40 zapożyczył od bajkopisarzy cudzoziemskich: Lafontena, Ezopa i innych.

Bajki Kryłowa, co do ich treści satyrycznej, można podzielić na dwa rodzaje: pierwszy dotyczy ludzkich wad, drugi przedstawia obraz rosyjskiego społeczeństwa, bądź związany z jego historią, bądź z jego ludowym duchem i charakterem. Do tych ostatnich można wliczyć te, które wiążą się ze współczesnymi wydarzeniami i okolicznościami. Ze wszystkich bajek Kryłowa można wyodrębnić grupę tych, które przedstawiają współczesną mu Rosję, wiernie oddając rzeczywistość występujących w nich zjawisk z życia.

W bajkach „Kogut i perła", „Małpa i okulary", „Świnia pod dębem", „Czyżyk", „Osioł i słowik" Kryłow ośmiesza ludzką ignorancję. W bajkach „Małpa", „Wiewiórka" ośmiesza z kolei niedorzeczną i bezużyteczną działalność. Ludzi zaprzepaszczających własne zdolności przez lenistwo potępia w bajce „Staw i rzeka":

„Nie da pożytku światu talent,
kiedy lenistwo nim owładnie.
I nie ożywi jego działań,
bo dnia każdego z wolna słabnie".

Inne ogólnoludzkie niedoskonałości i wady, takie jak kłamstwo, samochwalstwo, niewdzięczność, skąpstwo, chciwość, niskie wygodnictwo, poddaje krytyce w bajkach: „Kłamca", „Sikorka", „Chłop i robotnik", „Wilk i żuraw", Skąpiec", „Fortuna i żebrak", „Dwa psy" i inne. Najbardziej jednak uszczypliwe, trafiające nie w brew, lecz w oko satyry Kryłowa ośmieszają nasze własne niedoskonałości i wady. Występuje to w bajkach: „Chłop i wąż", „Beczka",

„Czerwoniec", „Kukułka i synogarlica", w których potępia szczególną predylekcję Rosjan do cudzoziemszczyzny, zwłaszcza w odniesieniu do tego co francuskie, co skłaniało do wysyłania dzieci na edukację za granicę, albo do powierzania ich wychowania cudzoziemskim nauczycielom (Francuzom), wykazującym często, absolutną ignorancję, których wielu pozostało w Rosji po narodowej kampanii, co w rezultacie nie mogło się nie odbić ujemnie na charakterze i intelektualnym rozwoju wychowanka.

Wiele bajek Kryłowa, jak np. „Lis i bóbr", „Chłop i owca", „Chłopi i rzeka", dotyczy wad współczesnego mu świata urzędniczego. Atakuje także wady stanowe. Bajka „Gęsi" podważa stosowanie do siebie przez szlachtę rodowodów szlachectwa przodków, jako tytułu do przywilejów. W bajce „Kaftan Tryszkina" poddaje Kryłow ośmieszającej krytyce praktykę poprawiania sytuacji majątkowej przez zastawianie majątku.

Poza krytyką nieporządku w stosunkach społecznych, Kryłow nie pomija wzajemnego stosunku stanów społecznych w bajkach „Armaty i okręt", „Liście i korzenie".

Wydarzenia wojny narodowej skłaniają Kryłowa do napisania czterech bajek historycznych. „Wilk w psiarni" oraz „Wrona i kura" dotyczących trudnej sytuacji Napoleona po bitwie pod Borodino i klęski Francuzów po zajęciu Moskwy. Bajka „Obóz" została napisana dla usprawiedliwienia ospałych działań wojennych Kutuzowa. Natomiast bajkę „Szczupak i kot" napisał po chybionej próbie porwania Napoleona, czego miał dokonać Czuczałow podczas przeprawy przez Berezynę.

Nie tylko bogactwo treści bajkek Kryłowa zyskało mu nieśmiertelność. Istotne jest bowiem także ich piękno i odzwierciedlenie narodowego ducha.

Nie można nie podziwiać Kryłowa w jego odcięciu się od bezkrytycznego hołdowania społeczeństwa cudzoziemskiej modzie. Gdy wszyscy współcześni mu pisarze, jak Cheraskow, Dzierżawin, Karamzin, Żukowski, Batiuszkow – starali się w swoich utworach naśladować literaturę zachodnioeuropejską, on jeden potrafił przeciwstawić się temu wpływowi. Walczył z czołobitnym hołdowaniem temu co obce i utrzymał nieskażoną pozycję rosyjskiego poety-bajkopisarza. Nawet w jego zapożyczeniach nie widzimy nic cudzoziemskiego. W przedstawieniu treści, w stylu narracji, w wypowiedziach postaci wyczuwa się rosyjskiego ducha, wszędzie „pachnie" Rosją. Czuje się, że te wszystkie wilki, lisy, niedźwiedzie, gęsi, gołębie, tygrysy nawet, lwy i słonie, urodziły się i wyrosły na polach i w lasach Rosji. Każda postać, występująca w jego bajkach ma charakter czysto rosyjski, a w jej wypowiedziach ujawnia się zdrowy, rosyjski rozsądek. Byliński twierdzi, że Kryłow w swoich bajkach wyraził istotę narodowego ducha. Widać w nich, jak w lustrze, rosyjski praktyczny rozum, z pozorami niezgrabności ale i z ostrymi zębami, które mogą boleśnie ugryźć, z jego zręcznością, z ostrym i dobroduszno-sarkastycznym szyderstwem, z jego naturalnym, niezawodnym spojrzeniem na rzeczy i umiejętnością jasnego, wyrazistego, a zarazem barwnego sposobu wypowiadania się. Zawierają one życiową mądrość, owoc praktycznego doświadczenia własnego i tego, które jest przekazywane z pokolenia na pokolenie.

Narodowy charakter bajek Kryłowa przejawia się szczególnie w dziedzinie języka. Język bajek wyróżnia się swoją poprawnością, jest wzorcowym przykładem rosyjskiej mowy, o płynnym, wyrazistym stylu. Język jego – mówi Bułgarin – jest to właściwie uszlachetniony pospolity dialekt, w swoim rodzaju niepowtarzalny, ale równie zrozumiały i miły tak dla rosyjskiego wielmoży jak i włościanina. Styl wyraża

prostoduszność oraz złożoność duchowej struktury rosyjskiego ludu. Jest to narodowy język rosyjski, uszlachetniony przez filozofię i poczucie godności. Zwięzłość i trafność w narracji przypominają właściwości ludowych porzekadeł i przysłów, gdzie najbardziej ujawnia się siła i szczególna osobliwość języka narodowego. Dla przedstawienia jakiegokolwiek zjawiska w życiu lub w przyrodzie Kryłow – zgodnie z narodową strukturą mowy – nie traci wielu słów. Trafnie i krótko przedstawia przedmiot, przy czym nie potrzebuje całego zdania, które zakłada nieunikniona konieczność stosowania ogólnie przyjętego języka literackiego, np. „I dosyć, kumoterku! Ot mi dziwo – myszy". Albo „Po kamieniach i wyrwach poszły wstrząsy, skoki. Na lewo, na lewo – i z wozwem buch do rowu. Żegnajcie, gospodarskie garnki" („Obóz").

Wskutek wyliczonych wyżej właściwości, język bajek Kryłowa przedstawia szeroką gamę pospolitych słów, przysłów, porzekadeł i tzw. idiomów, właściwych danemu językowi, tu – dialektowi ludowemu. Jako przykład pospolitych wypowiedzi można przytoczyć słowa: „wostrucha, garłanić, zaliist, betrak" i wiele innych.

W języku Kryłowa znajduje się mnóstwo przysłów i porzekadeł, zarówno tych, które były w użyciu w mowie ludu, jak i przez niego utworzonych i przyswojonych w narodowym słownictwie. Można tu wymienić następujące: „nadiełał sinica sławy, a moria nie zażgła", „szto schodit s ruk woram, za to woryszek bjut", „chot' widit oko, da zub nieimiet", „kak ty pasiejał, tak i żni", „kto w les, kto po drowa", „nie pluj w kolodiec – prigoditsja wody napitsja".

Z mnóstwa idiomów można podkreślić nastepujące: „szto eto zło jeszczo nie tak balszoj ruki", „czudies pałata kuda

na wydumki priroda tarowata", chłopać martuszkin polon rot", „na tu biedu lisa bliziochońko bieżała" [...].

Rzeczowniki o znaczeniu zdrobnienia, zgrubienia, spieszczenia czy pogardy, jako element narodowego, żywego języka potocznego, szeroko stosowane w bajkach, zawierają w sobie niezwykłe ożywienie, życiową prawdę i nadają im szczególne, artystyczne piękno i obrazowość, dowcip i naturalność: „gałubuszka kak chorosza, nu szto za szto za szejka, szto za głazki, kakije pieryszki, kakoj nasok, i, wierno, angielsij być dołżen gałasok", „spoj, swietik, nie stydziś", „kakije baboczki, bukaszki, koziawki, muszki, trakaszki, kakije krochotny karowki!", „u Klimasza czasiszki wor stianuł", „posłuszajka, drużiszcze, ty, skazywajut, pieć, wielikij mastieriszcze", „kakoj ty złoj, grebniszka! kriczyt malczyszka".

Dla przybliżenia pojęcia jakiegokolwiek przedmiotu, Kryłow wynalazł najwyższy stopień dla rzeczowników: „dla dorogich gostiej razostłano w nizu premnożestwo sietiej", "idoł stał bałwan-bałwanom", „i iz gostiej damoj pryszła swinia swinioj".

Partykułę „pre" stosuje dla wyrazenia wyższego stopnia gatunku: „predlinnyj, predobryj, prekosmatyj", natomiast dla wyrażenia pojęcia przynależności tworzy przymiotniki od rzeczownika, np. „syrnyj duch, lisicyny sława, biełkina służba, muszyna mocz".

Szczególnym kolorytem w języku bajek Kryłowa, odznaczają się formy czasownikowe. Są to formy czysto rosyjskie, związane z językiem potocznym i ludową pieśnią, np. „dobywał, dirał", jak czysto ludowa forma wielokrotnie stosowana: „otkol nie woźmiś" w znaczeniu trybu warunkowego. Można tu dodać także często występujące u Kryłowa imiesłowy przysłówkowe na –uczi, -juczi: „żiwuczi,

skaczajuczi, razbirajuczi". Przysłówki odczasownikowe i złożone, zdrabniające i powiększające – często formy ludowe, używane w języku potocznym, spotyka się u Kryłowa w obfitości, np.: „znać (arystokracja) c towarom na jarmarkie" [...].

Orzeczenie czasownikowe trybu nieokreślonego, właściwe raczej mowie potocznej niż poprawnemu opracowaniu literackiemu, Kryłow stosuje bądź zamiast trybu rozkazującego, aby wyrazić konieczność spełnienia woli osoby rozkazującej, bądź też zamiast trybu oznajmującego, aby wyrazić ciągłość działania, np. „uż brać, tak brać, a to, że i kogti szto marać", „liaguszka i nu toporszczitsja, pychtieć i naduwatsja", „no na niewo mietatsja i łajać i wizżać i rwatsja". Dla podkreślenia niezwykłej szybkości akcji i ożywienia języka Kryłow używa za każdym razem wykrzyknika czasownikowego [...].

Wymienione cechy podkreślają ludowy charakter bajek Kryłowa, stąd nie można nie zgodzić się ze słowami akademika Śreznіewskiego: „Słownictwo Kryłowa jest przepiękne, a tak bogate i różnorodne, iż z samych tylko jego bajek można utworzyć dostatecznie duży słownik języka rosyjskiego".

Z tego, co wyżej zostało powiedziane wynika, iż Kryłow został niewątpliwie obdarzony wybitnym twórczym talentem, ponadto szczególna doskonałość tego talentu ujawnia się w umiejętności przedstawiania tworzonych przez siebie obrazów w żywym i malowniczym języku ludowym. Stąd wynika zachwycający artyzm i piękno jego bajek, w których podoba się nam zarówno ich treść jak i jej przedstawienie. Każda występująca indywidualnie w jego bajkach postać ma charakter i cechy jedynie jej właściwe. Każda z nich, bądź człowiek, bądź zwierzę, jest prawdziwa i typowa. Taki właśnie

jest Dieman częstujący Fokę swoją zupą, jak również przebiegły i fałszywy lis – w różnych obrazach i utworach, w których występuje.

Treść bajek naszego, jedynego w swoim rodzaju, bajkopisarza, odznacza się bogactwem, różnorodnością tła i ruchliwością widoków. Znajdujemy tu cały szereg przepięknych, poetyckich obrazów, jak np. czarujący obraz wzburzonej rzeki:

„Rucziej iż beregow bjot mutnoju wołnoj,
Kipit, rewjot, krutit iszistu pienu w kłuby,
Stoletnije waliatsia duby,
Lisztreski słyszeny wdaljoke".

Bogactwem barw odznaczają się u Kryłowa nie tylko obrazy przyrody. To samo można rzec także o występujących w bajkach postaciach. Jakże naturalny humor występuje w przedstawieniu charakteru i obyczajów świata zwierząt i ptaków! Wynika to z miłości Kryłowa dla przyrody, która z kolei otworzyła przed nim przepych świata stworzeń, z różnorodnymi odcieniami właściwych im cech. Szczególny jednak powab i artystyczne piękno bajek Kryłowa kryje się w żywym i barwnym języku ludowym, którym Kryłow władał w niezrównaną doskonałością. Znajomość tego języka, w jego najsubtelniejszych formach sprawiła, iż często jednym słowem, jednym krótkim zwrotem określał trafnie i ściśle jakiś charakter, przedmiot czy obraz. Właśnie z tego bogatego w swojej różnorodności języka czerpał barwy dla obrazowości i plastyczności opowiadania. Ponadto także wiersz Kryłowa odznacza się zadziwiającą pod względem artystycznym odpowiedniością do jego treści. Jego język, mówi Gogol, poddaje się posłusznie myśli i lotem muchy, bądź jawi się w sześciostopowym wierszu, bądź w wartkim jednostopowym,

dokładnie ustalona liczba sylab określa ze szczególnym wyczuciem jej niewyrażalnego ducha".

„W ijul, w samyj znoj, w poludionnuju poru,
Sypuczymi pieskami, w goru,
S pokłazej i siemioj dworian,
Czetwierkoju rydwan
Taszczyłsia

(Mucha i dorożnyje)

„Po kamniam, rytwinam, poszli tołczki, skaczki,
lewiej, lewiej, i s wozom – buch w kanawu"

(Obóz).

Jakże zadziwiająco odpowiada tu wiersz treści. Czytelnik czuje się jakby osobiście obecny przy wydarzeniu opisywanym przez Kryłowa. Lub w wierszach:

„Zaszczołkał, zaswistał
Na tysiaczu ładow tjanuł, piereliwałsja'
To mirno on osłabiewal
I tomnoj w dalickie swirieliu otdawałsia,
To miełkoj drobju wdrug po roszcze razsypałsja".

(Osioł i słowik)

Tak właśnie odbieramy śpiew słowika.

W konkluzji należy powiedzieć kilka słów o znaczeniu bajek Kryłowa. To znaczenie zawiera się w ich satyrycznej treści. Gani on w nich ludzkie wady i słabości, ośmiesza ignorancję, skąpstwo, chciwość samochwalstwo, głupotę, niewdzięczność itp. Co więcej, ostrze jego satyry dotyka także poważnych przewinień wobec prawdy i praworządności, nadużyć władzy, nadanej przez społeczeństwo. W bajkach Kryłowa, jak w lustrze odbija się codzienne życie i pełny obraz

współczesnej mu Rosji. Do tego właśnie życia odnosi się ich znaczenie wychowawcze, umoralniające. Kryłow wychowywał swój naród do moralności. Przestrzegał go przed dopuszczaniem się ukazywanego w swoich utworach zła. Tym zaś skuteczniej osiągał cel, gdyż mówił do ludu w jego rodzimym, ludowym języku. Jest to następna zasługa Kryłowa. On pierwszy dowiódł, że istnieje nasz własny, czysto rosyjski, narodowy język. Język bogaty w różnorodność wyrażeń, pełen życia i czaru, w którym łatwo wyrazić wszelką wiedzę, jak i twórczość poetycką. Nic zatem dziwnego, że Kryłow przez swoje bajki zyskał w Rosji nieśmiertelność, którą jeszcze za życia bajkopisarza przepowiadał mu książę Wiaziemski:

Poprawił on ludzi zabawą,
Zmiatając z nich wad pył.
Wsławił się bajkami,
Zaś sława ta jest naszą historią.
Historia ta nie zostanie zapomniana,
Dopóki mówi się po rosyjsku,
Myśmy się dawno jej nauczyli
I nauczą się jej nasze wnuki.

Z języka rosyjskiego tłumaczyły Siostry Eucharystki:
S. Halina Strzelecka SJE
S. Liudmiła Poźniak SJE.

QUID ECCLESIA

DE IURE PROPRIETATIS STATUIT?

Illustrissime ac Reverendissime Domine ac Domine
Magnifice Rector
Clarissimi Professores
Carissimi Commilitones[101]

Antequam praelectionem aggrediar, liceat mihi gratias referre eis, qui me dignum putarunt cui hanc sociologiae cathedram committerent. Non ignoro quantum mihi munus incumbat potissimum hisce nostris temporibus cum problemata socialia tanta vi tantaque animarum exacerbatione disceptentur. Innisus nostrae religionis principiis, maxime vero Leonem XIII papam veluti ducem sequens, omni ratione id contendam, ut officio, quod mihi concreditum est, pro viribus fungar.

Sed iam ad ipsam rem accedam. Exponendum curabo, quid Ecclesia de iure proprietatis statuit.

---

[101] Sermo prolatum in inauguratione anni studiorum 1907/1908 in Academia Caesarea Romano Cattolica Ecclesiastica in Sankt Petersburg. Editio in: „Academia Caesarea Romano-Catolica Ecclesiastica Petropolitana", Anno 1907-1908, pp. 14-30.

Nullum dubium est, quin proprietas magni sit in vita humana. Terra enim est quae hominem sustentat alitque quaeque illi media quibus tum corporis tum animi vires exerceat atque evolvat, praebet. Proinde nihil mirum est, quod quaestio de modo ac ratione, qua res possidendae adhibendeque sunt, sive inter doctos, sive inter humane societatis instauratores inde ab antiquissimis temporibus vehementissime agitatur. Quorum quidem in contraria abeuntes, alteri omnem proprietatem tamquam iuri naturae atque iustitiae adversam abolendam esse dicunt, alteri eandem esse ius hominis omnium summum reputant atque omnis limitis expertem et oneris esse proclamant. Haec res nostris quoque temporibus, fortassis etiam maiore cum ardore inter disciplinarum sociologicarum cultores disceptatur, quippe quae sit veluti cardo, circa quem diversa sociologiae et oeconomiae systemata versantur.

Quae cum ita sint magni interest, probo, nosse quid Ecclesia de iure proprietatis statuat. Quid quidem exponere conabor.

Primum explicabo quis sit ipsum proprietatis nomen atque quaenam praecipua sint proprietatis genera. Tum ostendam, sub quonam respectu Ecclesia ac religio proprietatis quaestionem attingat. Tandem quidnam in hac re certi statuat, quid vero libere hominum disputationi industriaeque relinquat.

Itaque quid est proprietatis nomen?

Proprietatem communiter appellamus res quae ab aliquo possidentur tamquam propriae. Proprietas, cum sic intellegitur rebus quae nondum a quocumque possidentur opponitur pariter atque rebus, quarum tanta est copia, ut nulius referat, quod tamquam propriae possideantur. Quae res quandoque a sociologis vocantur communes, vel ideo quia communi omnium usui inserviunt ut aer, vel quia a quocumque

indiscriminatim occupari tamquam propriae possunt, ut res quae a theologis dicuntur esse nullius.

Cum proprietas sic obiective summitur, commode dividi potest: 1. in proprietatem bonorum mobilium et immobilium, prout refertur ad res quae loco moveri possunt ut pecunia, vel ad res quae de loco in locum transferri non valent, ut agri, adificia. 2. Bonorum quae immediate hominum usui inserviunt, ut nutrimentum, vestes, domus etc, et bonorum, quae ad producenda alia bona adhibentur veluti instrumenta, machinae, materia cruda et cetera. Hoc ultimum genus bonorum apud oeconomistas et sociologos communiter nomine capitalium venit.

Proprietatem subiective sumptam solent definire tamquam facultatem quae alicui competit possidendi, disponendi, utendi re quantum ratio iuris tum divini tum humani patitur, exclusis quibusqumque aliis personis. Proprietas prout hanc ceteros excludendi arcendique ab rei usu notam inclusis, opponitur primum rerum communitati sive communismo qui dicitur negativus, hoc est systemati quod vult omnibus omnia esse communia nihilque cuilibet proprium. Ut obiter dicam, huiusmodi systema, quantum nobis est notum, nullos habet fautores, etenim plane patet huiusmodi regimine introducto futurum esse, ut omne laboris et industriae incitamentum evanescat, communis ergo miseria consequatur atque bellum omnium contra omnes. Secundo opponitur communismo positivo seu collectivismo, quod est systema, quod postulat, ut bona exteriora, sive omnino omnia, sive saltem ex parte possidenda, administranda dispensandaque tradantur alicui hominum societati, puta reipublicae, civitati, communitati.

Nonnulli docti ita inter communismum et collectivismum distinguunt, ut nomine illius intellegant hoc

systema, quod omnia omnino bona tradenda societati postulat, huius vero illud quod vult tradere societati possidenda solum quaedam bona, veluti ea quae ad producendas novas res adhibentur, vel ea quae capitalistica bona dicuntur.

Subiective sumpta proprietas distinguitur in individualem et collectivam prout possesor est una persona vel tota associatio. Porro in privatam et publicam prout privatim possidentur bona sive ab uno homine sive ab associatione aliqua; aut publice, puta si ad statum pertinent, aut ad universam civitatem v gr. plateae, viae ferreae et cetera.

Atque haec praemisisse sufficit, ut putamus, ad eorum quae subsequentur inelligentiam.

Quonam igitur sub respectu Ecclesia ac religio proprietatis quaestionem attingit?

Primum quaeri potest num omnino aliquot ius Ecclesiae de rebus ad proprietatem spectantibus decidendi competat? Etenim per se et directe Ecclesia non optimam possessionum divisionem, sed aninarum salutem promovendam curat. Non divitiarum sed religionis culturae operam navat, neque vitam populorum oeconomicam regendam, sed homines virtutis tramite suscipit ducendos ad finem ultimum, supraterrestrem. Campus, cui excolendo Ecclesia potissimum vacat, est campus fidei et morum. Hoc exercendum munus praeprimis commisit Ecclesiae Christus. Verum tamen vero non est putandum, ut loquitur papa Leo XIII, in colendi animis totas Ecclesiae curas ita defixas, ut neglegat, quae ad vitam mortalem ac terrenam pertinent.[102] Ecclesia enim non ignorat quandam bonorum sufficientiam, ut idem Leo XIII, S. Thomam secutus docet, etiam ad religionis virtutisque cultum necessariam. Parum optimus quisque sermo de alienorum bonorum observantia proderit, si fit ad homines qui fame

[102] Encyklika *Rerum novarum.*

cruciantur pereuntque, sive de verecundiae castitatisque cultu, dum ea est rerum conditio, ut in uno parvo cubiculo tres quatuorve familiae compactae miseram degant vitam, in uno vero lectulo 5 vel 6 personae simul cubent. Ecclesia non ignorat miseriam et inopiam multorum criminum instigatricem esse. Quapropter inde ab origine ei propulsandae strenue, quocumque modo potuit, semper Ecclesia studuit. Bene est illa merita de miseris et pauperibus sublevandis, quod testantur innumera illa, quae Ecclesia saeculorum tractu fundavit, diversi generis instituta benefica. „Immortale Dei miserentis opus, inquit Leo XIII, quod est Ecclesia, quamquam per se et natura sua salutem spectat animarum adipiscendamque in coelis felicitatem, tamen in ipso etiam rerum mortalium genere tot ac tantas ultro parit utilitates ut plures maioresve non posset si imprimis et maxime esset ad tuendam huius vitae, quae in terris agitur, prosperitatem institutum".[103]

Sed non solum sub hoc respectu Ecclesia occupatur rebus terrenis. Etiam ipsa proprietatis theoria non est plane aliena ab Ecclesiae competentia, cui rei documento ad haec animum attendisse sufficit.

Primum divitiarum acquisitio non constituit hominis finem, sed est solummodo medium ad altiora bona assequenda. Unde sequitur, ut in divitiis assequendis homo ad altiora, praeprimis vero ad suum finem ultimum attendere debeat eiquae omnia ut par est subordinare. Tum sicut in ceteris omnibus ita et in iuris proprietatis exercitio homo praeceptis fidei morumque dirigi debet, quapropter non potest non attendere ad ea, quae lex naturae et Evangelii praescribit.

Deinde Ecclesia, ut idem Leo XIII docet, non instruere mentem tantummodo, sed regere vitam et mores singulorum

[103] Encyklika *Immortale Dei.*

praeceptis suis contendit.[104] Sunt quaedam religionis praecepta quae per se et directe etiam vitam hominis oeconomicam et socialem attingunt. Profecto plures eique admodum diversi proprietatis regiminis modi et formae praeceptis iustitiae, quae religo tradit, correspondere possunt. Verumtamen id quoque evenire potest, ut proprietatis regimen tantum degeneret depravaturque, res et rationes vitae oeconmice tam perturbentur, ut iam amplius modo modo cum iustitia et iure naturae eas componere liceat. Quaeso, quid tunc Ecclesia? Num silentium servare potest? None potius ea quae iustitiae sunt adversa reprobare et eum qui rectus est trames hominibus indicare tenetur? Itaque non modo ius est Ecclesiae sed etiam quandoque officium de rebus quae proprietatis regimen respiciunt decidendi. Sed quonam sub respectu Ecclesia, cum de proprietatis ratione loquitur, rem attingit?

Ius proprietatis sub multiplici eoque diverso considerari potest respectu, in proprietatis quaestione plures veluti inclusae latent quaestiones, quarum solutio ad diversarum generum disciplinas spectat. Cum enim de maioris emolumenti et commodi ratione agitur, cum quaeritur, quodnam proprietatis regimen, ordinatio, divisio atque dispositio magis civium bonum temporale promoveat atque maiorem eis bonorum copiam subpeditet, decisio spectat ad oeconomiae disciplinam.

Cum vero expertum atque cognitum habere volumus quid in proprietatis regimine transeat, immutetur, evolvaturque, quid vero firmiter atque immobiliter perduret, quidnam ex ipsa natura necessario consequatur, quid vero hominum adinventioni libere et industriae sit tribuendum – recurrere debemus ad sociologiam.

---

[104] Encyklika *Rerum novarum*.

Cum quaeritur quid legitimum quid vero illegitimum sit, quid cum legibus, quae sunt latae, consonet, quid vero eisdem adversetur decidit iurisconsultus.

Tandem cum experiri volumus, quid cum iure naturae atque evangelii, cum ipsa iustitia sit conforme, quid vero eisdem adversum, cum quaerimus scilicet, quid in re proprietatis sit licitum, invadimus campum in quo Ecclesia tamquam summus iudex decedit atque theologi qui sunt Ecclesiae moralistae.

Atque sub hoc respectu quaestio de proprietate Ecclesiae competentiae subest, quantum videlicet sub rationem honesti cadit.

Re quidem vera si proprietatem mere oeconomice sumptam consideremus, non videtur illa habere quamcumquae connexionem cum nostrae religionis dogmatis. Si enim totum nostrum Symbolum inde a primo articulo usque ad ultimum transcurramus, nullus ex eisdem per se et directe proprietatis quaestionem tangit. Neque privatae proprietatis possesio praescribitur, neque communismus vetatur. Sed aliter res se habet cum Decalogum respicimus. Preceptum VIII: „Non furtum facies" et X: „Non concupisces uxorem proximi tui, non domum, non agrum, non ancillam, non bovem, non asinum et universa quae illius sunt". Non modo bonorum divisionem esse factam supponunt, non modo discrimen inter ea quae mea et inter ea quae tua sunt agnoscunt, sed etiam alterius bona, quocumque modo laedi, immovero et appeti vetant.

Itaque cum Ecclesia de proprietate loquitur, minime falcem, ut dicunt, in alienam messem mittere, minime oeconomistarum vel sociologorum partes agere intendit. Illa proprium servat campum, videlicet iustitiam solummodo honestatemque, quarum cultura et custodia ei est commissa, tuetur.

Rem vero ita se habuisse, optimo documento esse potest modus et ratio qua Ecclesia sese tractu saeculorum erga diversi generis communistas gessit.

Communismum possumus duplici sub respectu considerare: 1. tamquam theoriam, ideam quandam, purum mentis conceptum; 2. tamquam factum, tamquam vitae oeconomice et socialis organisationem, quae revera existit.

Consociare atque coniungare omnes alicuius pagi, urbis vel reipublicae cives ad communiter laborem exequendum. Tum ex fructibus, quos ille labor effert, tantam cuique copiam tribuere, quae eiusdem necessitatibus sufficiat, denique residuum asservare tamquam media et intrumenta quae ulteriori labori et bonorum productioni inserviant. He sunt generales leges, quibus innixi varii philosophi et reformatores putarunt omni numero absolutam et perfectam condi posse societatem, in ea nequae divites neque pauperes essent: nullus luxus nullaque inopia.

Eiusmodi communismus, si mere sub oeconomico respectu sumatur, ab omni philosophico et theologico errore liber, non videtur adversari quocumque modo religioni, possumus enim huiusmodi regimen in aliqua hominum societate mente concipere. Neque defuerunt, qui aliquando eiusmodi communismum futurum esse somniarint, inde a celeberrimo Platone, usque ad beatum Thomam Morum, Henrici VIII imperatoris anglorum cancellarium, Campanellam et alios. Ecclesia nihit egit contra eiusmodi utopistas, permisit eis ut sua somnia tranquille somniarent.

Ex quibus inferre licet, si collectivismus, qui nostra aetate tanta eum vi a socialistis propagatur, in theoriae regione mansisset, liber a quocuque philosophico ac theologico errore, tamquam mentis conceptio vel idea cuiusdam proprietatis et laboris regiminis, Ecclesia nihil contra eum dixisset.

Sed communismus antequam ut theoria quaedam, ut quodam doctrinale instaurandae societatis systema prodierit, hic illic occurrit nobis apud diversas gentes tamquam vitae oeconomicae organisatio, quae revera existebat. Historia narrat de pluribus eiusmodi societatibus, quae communismum profitebantur. Neque huiusmodi communismus realis qui hic illic sponte exortus est, quidquam fidem et mores attingere videtur. Exortus est enim ille modo naturali, ultro, vel libera hominum voluntate, qui suo iure possidendi aliquid ut propriu cesserunt, vel agentibus variis circumstantiis, in quibus populus versabatur, puta: loci, temporis, modi comparandi sibi victum et cetera, quae circumstantiae id effecerunt, ut ille populus hanc potius formam regiminis oeconomici quam aliam elegerit. Huiusmodi communismus ut institutio seu regimen oeconomicum ac sociale, pendet ex moribus et legibus quibus populus regitur. Ut factum vitae oeconomicae, per se et directe interest sociologi et oeconomistae, subtrahi vero videtur per se theologorum competentiae et moralistarum.

Atque re quidem vera Ecclesia erga huiusmodi indifferenter se gessisse etiam ipsius religionis christianae res gestae testantur. In ipsius enim Ecclesiae sinu conspicimus quoddam communismi genus, quod hic ille exortus est. Prima christianorum communitas Jerosolymis quemdam communismum profitetur, quem caritatis dixerim. Caritate enim ducti divites ea quae possident reponunt ad pedes apostolorum, qui eadem pauperibus distribuerent. Omnia eis erat communia, ut narrant Actus Apostolorum, neque ullus eorum quidquam tamquam proprium reputabat.

Porro est communismus quem Ecclesia etiam suadet atque praecipit tamquam medium ad maiorem perfectionem prosequendam, quod fit in ordinibus et institutis religiosis, qum comunismum dixerim asceticum.

Tandem fuit omnis respublica christiana quae principiis communismi regebatur. Temporibus cum maxime floreret, illa constabat 33 urbibus vel pagis qui plus quam 162 millia incolarum amplectabantur. Perduravit vero fere duo saecula, videlicet XVII et XVIII, donec a liberali gubernio brasiliensi deleta est.

Fundata est haec respublica quam felicem appellabant a patribus Societatis Jesu in regione paraguajensi, constabat vero incolis, qui ad religionem christianam conversi sunt. Profecto si quidquam in eiusmodi communismo contra religionis dogmata essent Patres Jesuite, illi pervigiles integritatis fidei custodes, non sustinuissent patienter, neque ipsa Ecclesia huiusmodi rem esse factam passa esset.

Rastoul Amand, vir, qui nuper de illa republica christiana paraguajensi librum in lucem edidit, etiam ulterius progreditur, atque: „Supposito, inquit, se non dato, fore ut in aliqua regione catholica sive liberis civium votis sive ipsa temporum rerumque vi et evolutione communismus introduceretur, censeo nullum fidei nostrae dogma id prohibiturum esse, quominus cives etiam legibus latis sibi praecaveant ne regimen proprietatis privatae denuo restituatur." Cui tamen opinioni non omnino assentiri possumus. Accidere enim potuerit, quod eiusmodi regiminis abolendi civibus etiam officium incumberet, tunc videlicet, cum temporum rerumque cursu id evenerit, ut eiusmodi regimen alendis sustentandisque omnibus civibus impar esset, ut impedito esset, quominus cives, hoc rerum ordine stante, suos fines altiores assequi valerent.

Nonnulli etiam ulterius progressi opinati sunt communisticum regimen ex ipso evangelii spiritu ultro renasci debere, ex ideis videlicet, quas Christus proclamavit: aequalitatis inter homines, fraternitatis summegue caritatis. Quae tamen opinio, ut obiter dicam, falsa est, etenim Ecclesia

cum suis principiis et dogmatis divinis, quae intacta inviolataque custodienda suscepit, est supra ea omnia quae cursu temporum mutantur praetereuntque. Ecclesia cum nulla regiminis forma aliquo stricto nexu coniungitur, nullamque formam damnat. Facultas eligendae sibi regiminis formae et modi penes societatem est, modo ne legibus naturae et praeceptis iustitiae adversentur hae variae, quae cursu temporum apud diversos populos obtinent regiminis oeconomice et socialis formae. Ecclesia tamen abest ut eas damnet vel ut sese eis accomodet.

Ex eis quae supra diximus sequitur, ut erga communismum, quamdiu ille mere idealis quaedam utopia, purus mentis conceptus praedictae cuiusdam societatis, a quocumque philosophico vel theologico errore alienus manserit, vel quamdiu ille ut regimen reale, sive liberis hominum votis introductus, sive agentibus causis naturalibus sponte exortus fuerit, Ecclesia indiferenter sese gesserit.

Sed ubi primum communismus, variis erroribus permixtus, in eorum comitatui in fidei morumque campum invadere atque nomine iuris naturae et iustitiae omnem proprietatem privatam et individualem damnare eamque vi ac violentia abolendam esse docere cepit, Ecclesia non potuit non agere contra tantum errorem tamtamque iniustitiam, secus suo officio defuisset.

Itaque statim primis religionis nostrae saeculis damnavit Ecclesia per suos patres SS. Augustinum et Epiphanium quae apostolicorum dicitur sectam tamquam haeresim. Apostolico autem nomine Evangelii omnem proprietatem impugnabant veluti Christi doctrinae penitus adversum docebantque nullum quidquam tamquam proprium possidere salvari posse. Pariter Ecclesia et alias, quae in medio aevo exortae sunt haereticas sectas plus vel minus erroribus socialibus infectas reprobavit.

Eodem modo se gessit Ecclesia contra socialismum quoque qui nostris temporibus in lucem prodiit. Item iterumque reprobavit eum per os pontificum Leonis XIII, qui etiam suas litteras encyclicas *Rerum Novarum* magnam partem contra socialistas scripsit.

Ratione habita temporum quibus vivimus maximum interest cognitum perspectumque habere, quid Leo XIII reprobet dum socialismum proscribat. In suis litteris encyclicis *Quod Apostolici muneris*, anno 1878 editis Leo XIII accusat socialistas quod sublimioribus potestatibus obedientiam detractant, quod naturalem viri et mulieris unionem dehonestant eiusque vinculum infirmant aut etiam libidini permittunt, quod ius proprietatis impugnant et quidquid aut legitimae haereditatis titulo aut ingenii manuumque labore, aut victus parsimonia aquisitum est rapere et commune habere contendunt.

Quid sentiendum est de hac socialistarum afirmatione? Distinguendum est inter ipsum, quod ponunt, principium et eiusdem applicationem. Ipsum principium, quod statuunt, est quidem verum. Leo XIII in suis litteris encyclicis *Rerum novarum* clare haec docet: „Quomodo effectae res causam sequntur a qua effectae sunt, sic operae fructum ad eos ipsos qui operam dederint, rectum est pertinere." Sed hic agitur potissimum de huius principii applicatione. Num illud revera productionis regimini quod nunc est licite applicari potest? Mihi videtur non omnino. Etenim id nulli dubio subiacet quin eadem sit iniustitia quam vocant capitalistam vel fabricae dominum bonis quae iuste ac legitime possidet, spoliare atque operarium fructu sui laboris privare. Insuper quamquam in eo quod nunc viget productionis regimine capitalistico, plures ad producenda bona concurrunt, attamen non eadem omnes sed plane diversa ratione: alio enim modo ad fabricanda bona

concurrit director officinae, alio opifex edoctus, alio vero operarius simplex et rudis. Neque eadem ratione omnes sortem et infortunium, quod accidere potest subeunt. Quid ergo singulis ex eis quae comuni opera et ingenio fabricaverunt, lege iustitiae est tribuendum? Non tam facile est dictu. „Causa est, inquit Leo XIII[105] ad expediendum difficilis, nec vacua periculo. Arduum siquidem metiri iura et officia quibus locupletes et proletarios, eos qui rem et eos qui operam conferant, inter se oportet contineri." Atque hic liberae cuiusvis indagationi relinquitur campus.

Id solummodo in cuiusmodi rebus cavendum est, ne Ecclesiae nomine ea decidere velimus, quae Ecclesia neque voluit neque potuit decidere, quae vero libere hominum explorationi disceptationique relinquit, neve quasi dogmata certa statuamus ea, quae nondum iudicio apostolico sunt perempta. Nihil enim tam hominum animos a religione avertit quam eiusdem pricipiorum ac dogmatum abusus ad proprias res et placita, quae neque semper vera sunt neque iusta, tuenda pariter atque aliis, qui diversae sunt sententiae, eadem obtrudenda.

Longe abest ut illud, quod nunc obtinet capitalisticum proprietatis regimen omni numero sit perfectum, ut bonorum divisio quae nunc est, sit optima, ut emolumentorum distributio semper sit iusta atque cum merito cuiusque sit consona. Non desunt in nostra societate ea quae instauranda reformandaque sunt. Fortassis nemo magis gravi vituperatione eum qui nunc viget ordinem socialem et oeconomicum affecit, quam Leo XIII in suis litteris encyclicis *Rerum novarum*. „Veteribus, inquit, artificum collegiis saeculo XVIII deletis, nulloque in eorum loco suffecto praesidio, cum ipsa instantia legesque publicae avitam religionem exuissent, sensim factum est, ut

[105] Encyklika *Rerum novarum*.

opifices inhumanitati dominorum efferenataeque competitorum cupiditati solitarios atque indefensos tempus tradiderit [...] Vis commutationum civilium in duas civium classes divisit urbes, immenso inter utraque discrimine interiecto: ex una parte fractio praepotens, quia praedives, quae cum operum et mercaturae universum genus sola potiatur, facultatem omnium copiarum effectricem ad sua commoda ac rationes trahit. Ex altera parte inops atque infirma multitudo [...] huc accedunt et conductio operum et rerum omnium commercia fere in paucorum redacta potestatem ita, ut opulenti ac praedivites perpauci prope servile iugum infinitae proletariorum multitudini imposuerint." Quo factum est, ut „infimae sortis hominum pars maxima in miseria calamitosaque fortuna indigne versetur."

Itaque de malo constat inter omnes. Sed tota rerum vis in eo est sita, quomodo huic malo sit medendum? Quomodo iniustitia ubique propulsanda? Quomodo denique ipsa societas sit instauranda? Hae sunt quaestiones, quibus solvendis sociologi, oeconomistae, moralistae, rerumque publicarum periti pro viribus et prout cuiusque competentiae subiacet incumbere debent. Quibus quaestionibus enodandis nos quoque in nostris praelectionibus operam dabimus.

Itaque tam cognitum perspectumque habemus, quidnam Ecclesia in rebus proprietatem respicientibus damnaverit, quid vero libero hominum examini reliquerit. Reliquum est ut paucis indicemus, quaenam – ut ita loquar – positiva sit Ecclesiae hac in re doctrina. Nullam definitionem dogmaticam ex cathedra in rebus proprietatem spectantibus habemus.

Sed tamquam doctrinam catholicam ab omnibus suscipiendam hanc statuere possumus thesim: „res privatim possidere homini est licitum."

„Temeritatis vero notam – inquit Vermeersch – incurreret ille, qui regimini isti affingeret civilem originem vel negaret, quod attinet exteriores, ullum privatae proprietatis ius oriri ab ipsa natura. Aperte enim repugnaret doctrinae quam Summus Pontifex declarat dictrinam esse Ecclesiae: „Possidere res privatim - inquit Leo XIII[106] - ut suas, ius est homini a natura datum [...] ius dominii personis singularibus natura tributum est [...] bona privatim possidere ius est homini naturale."

Atque haec de liceitate. Sed quaeritur, utrum ipsum proprietatis regimen sit necessarium, necne?

„Merito universitas generis humani – inquit Leo XIII – dissentientibus paucorum opinionibus nihil admodum mota, stusioseque naturam intuens. In ipsius lege naturae fundamentum reperit partitionis bonorum possessionesque privatas, ut quae cum hominum natura, pacatoque et tranquillo convictum maxime congruunt, omnium saeculorum usu consecravit."[107] Itaque regimen illud conforme est cum ipsius naturae legibus, immo etiam necessarium quippe quod et cum hominum natura et cum tranquillo et pacato convictu maxime congruunt. Sed haec regiminis privatae proprietatis necessitas non eadem evidentia atque ipsum ius res privatim possidendi nostrae menti obicitur. Est necessarium, sed necessitate quodammodo relativa, quae ex una parte pendet ex hominum natura, prout est cum suis bonis et malis propensionibus, ex altera vero parte ex boni communis, crescente cultura, exigentia. „Possessionum privatarum necessitas non obtinet nonnisi plerumque et post multitudinis incrementum."[108] Quapropter fieri potest ut ubi vel natura hominum vel earum

---

[106] Encyklika *Rerum novarum.*
[107] Encyklika *Rerum novarum.*
[108] Molina.

culturae ratio id patitur, per aliquod tempus etiam regimen proprietatis communis perduret.

Ipsam vero doctrinam christianam de proprietatis iure hoc modo Leo XIII papa in suis litteris encyclicis *Rerum novarum* complectitur:

„Quod vero terram Deus universo generi hominum utendam fruendamque dederit, id quidem non potest ullo pacto privatis possessionibus obesse. Deus enim generi hominum donavisse terram in commune dicitur, non quod eius promiscuum apud omnes dominatum voluerit, sed quia partem nullam cuique assignavit possidendam industriae hominum institutisque populorum permissa privatarum possessionum descriptione.

Ceterum utcumque inter privatos distributa, inservire communi omnium utilitati terra non cessat, quoniam nemo est mortalium quin alatur eo, quod agri offerunt. Qui re carent supplent opera."

„Bona temporalia – inquit s. Thomas – quae homini divinitus conferuntur, eius quidem sunt quantum ad proprietatem, sed quantum ad usum non solum debent esse eius, sed etiam aliorum, qui ex eis sustentari possunt ex eo, quod ei superfluit."[109] Et alio loco circa rem exteriorem, inquit, duo competunt homini, quorum unum est potestas procurandi et dispensandi et quantumn ad hoc, licitum est quod homo propria possideat [...] Aliud vero quod competit homini circa res exteriores est usus ipsarum."[110] „At vero si illud quaeritur, - inquit Leo XIII – qualem esse usum bonorum necesse sit. Ecclesia enim sine ulla dubitatione respondet: quantum ad hoc non debet homo habere res exteriores ut proprias, sed ut communes, ut scilicet de facili aliquis eas

[109] Summa Theol. 2, 2, q. XXXII .ad 5 ad 2.
[110] Ibid. q. LXVI, ad 2.

communicet in necessitate aliorum. Unde Apostolus dicit, divitibus huius saeculi praecipue, facile tribuere, communicare."[111] Nemo certe opitulariis de eo iubetur quod ad usus pertineat cum suos tum suorum necessarios. Immo nec tradere aliis, quae ipse egeat ad id servandum quod personae conveniat, quodque deceat, nullus enim inconvenienter vivere debet.[112] Sed ubi necessitati satis et decoro datum, officium est de quod superat, gratificari indigentibus. „Quod superest, date eleemosinam."[113] Non iustitiae, excepto in rebus extremis, officia ista sunt, sed charitatis christianae, quam profecto lege agendo petere ius non est. Sed legibus iudiciisque hominum lex antecedit iudiciumque Christi Dei, qui multis modis suadet cosuetudinem largiendi."[114]

Quae omnia fusius exponenda probandaque remittimus ad praelectiones nostras, quae subsequentur.

Atque hisce praelectionis huius finem facimus.

---

[111] Ibid. 2. 2. LXV, ad 2.
[112] Ibid. 2. 2. Q. XXXII, ad 6.
[113] Lc 15, 41.
[114] Encyklika *Rerum novrum.*

INDEX RERUM

Wprowadzenie	5
De momento S. Alphonsi in historia Theologiae Moralis	9
De Bello	19
I. Utrum bellum sit intrinsece malum	23
II. De honesto modo agendi bellum	39
III. Quid sit sentiendum de pace aeterna	57
Сочинене о баснях Крылов	85
Rozprawa o Bajkach Kryłowa	101
Bajki Kryłowa	103
Quid Ecclesia de iure proprietatis statuit	115

BIBLIOGRAFIA

BŁ. JERZEGO MATULEWICZA

Ks. Jan Bukowicz MIC
Tadeusz Górski MIC

BIBLIOGRAFIA

BŁ. JERZEGO MATULEWICZA

Warszawa 2002

PISMA
BŁ. JERZEGO MATULEWICZA

DRUKI

Acta Nuntiaturae Polonae, t. LVII Achille Ratti (1918-1921), edidit Stanislaus Wilk SDB; [zawierają pisma bł. Jerzego Matulewicza]: vol. 1, Romae 1995, pp. XXXVIII, 454; vol. 2, Romae 1996, pp. XX, 424; vol. 3, Romae 1997, pp. XII, 440; vol. 4, Romae 1998, pp. XIV, 490; vol. 5, Romae 1999, pp. XIV, 50.

Apie dvasiškaji ganytojavimą miestuose [O duszpastertwie miejskim], „Vadovas" 1911 t. VIII nr 32, 360-371.

Apologeci, w: PEK t. I-11 s. 272-273[115].

Apologetyka. w: PEK t. I-11 s. 273-276.

Bažnycia ir nuosavybe [Kościół i własność], „Draugija" 1909 t.VIII nr 31-32 s. 351-366.

Biblijne tłumaczenia. Tłumaczenia litewskie, w: PEK t. III-IVs. 345-346.

Binacya, w: PEK t. III-V s. 386.

Bł. Jerzy Matulewicz, *Konferencje ascetyczne*. Rekolekcje i przemówienia religijne do Sióstr Posłanniczek Serca Jezusowego oraz alumnów Warszawskiego Seminarium

[115] Używane skróty:
KKDW - Kurenda Kurii Diecezjalnej Wileńskiej.
PEK - Podręczna Encyklopedia Kościelna, Warszawa 1904-1916.

Duchownego. Wprowadzenie - ks. Jan Bukowicz MIC, Warszawa 2002, ss. 222.
Bł. Jerzy Matulewicz, *Pisma wybrane,* Wyboru dokonali i do druku przygotowali ks. Jan Bukowicz i Tadeusz Górski – marianie, Warszawa 1988 ss. 268
Блаславёны Юпы Матулевич, *Духовы дзённик*, Рым - Друя 1997, ss. 128.
Блаженный Георгий (Юпгиц) Матулайтиц-Матулевич, *Духовый диевник*, Баршава 1998, ss. 114.
Bretkunas Jonas, w: PEK t. V-VI s. 142-143.
Brevis informatio de origine et statu Instituti Mariani [1910], „Marianus" 1959 nr 1 (16) s. 38-39.
Brolių Marijonų Vienuolijos vedamoji mintis ir dvasia lietuviių ir lotynų kalbomis. Idea generalis et spiritus Congregationis, [Marijampole 1921] ss. 23 + 23.
Buczys Franciszek, w: PEK t. V-VI s. 202.
Cara, w: PEK t. V-VI s. 304.
Carem, w: PEK t. V-VI s. 311-312.
Celesyrya, w: PEK t. V-VI s. 355.
Cenehry. w: PEK t. V-VI s. 363.
Chrześcijańska teorya prawa własności, w: Kursa społeczne, Warszawa 1907 s. 92-123.
Chus, w: PEK t. VII-VIII s. 89.
Ciało zwierząt w Piśmie św., PEK t. VII-VIII s. 95.
Circa dies festos,Vilnae 17 II 1925, KKDW 5(1925) 7.
Constitutiones Congregationis Clericorum Regularium Mariaorum sub titulo Immaculatae Conceptionis Beatissimae Virginis Mariae, Romae 1930, ss. 415. XVI.
Constitutiones Congregationis Religiosae Sororum Nominis Jesu sub Patrocinio B. Mariae Fidelium Auxiliatricis. [Adnotacja:] Constitutiones quae sequuntur recognovi, ad

normam Codicis J. C. redigere studui atque easdem approbo. Vilnae, die 22 maii 1923 an. Georgius Matulewicz, Episcopus Vilnensis, [B. m. i r.] ss. 148.
Constitutiones Sororum Ancillarum Sacri Cordis Jesu. Varsaviae 1925, ss, 148.
Co to jest kwestia społeczna?, „Polak-Katolik" 6(1911) nr 84 s.1-2.
Dan, w: PEK t. VII-VIII s. 322.
Daniel, w: PEK t. VII-VIII s. 325.
Daniela księga, w: PEK t. VII-VIII s. 326-327.
Dawid, w: PEK t. VII-VIII s. 354.
Decapolis, w: PEK t. VII-VIII s. 360.
De colligendis eleemosynis pro Terra Sacra, KKDW 2(1922)17-18.
Decretum erectionis Congregationis religiosae dioecesanae Ancillarum Iesu in Eucharistia, Vilnae 23 IV 1924; w: „Positio super virtutibus" Roma 1980. Documenta responsioni adnexa, s. 66.
[Dekret erygujący Związek Misyjny Kleru Diecezji Wileńskiej], Vilnae 12 VI 1922, KKDW 2(1922)62, język łaciński.
[Delegowanie uprawnień Św. Penitencjarii penitencjarzowi katedralnemu i dziekanom], s.1-2.Vilnae 16 II 1923, KKDW 3(1923)24-6, język łaciński.
Demokracja Chrześcijańska, PEK t. VII-VIII 397nn.
Demokracya Chrześcijańska, „Pracownik Polski" 1907 nr 32 i nr 33 s. 1-4.
Demon w Piśmie Św.,w: PEK t. VII-VIII s. 399-400.
Diario espiritual, Curitiba 1987 ss. 138. Tłumaczenie „Dziennika" z przekładu polskiego wydanego w Rzymie w 1973; także wstęp wzorowany na tymże wydaniu.
Diario spirituale, w: Cusumano Vincenzo, Innamorato della Chiesa. Il Servo di Dio Giorgio Matulaitis-Matulewicz.

Profilo biografico e diario spirituale. Słowo wstępne napisał kard. G. Lercaro, Milano 1963 s. 47-164.

Diarium spirituale Servi Dei Georgii [z języka litewskiego tłumaczył ks. J. Vaišnora MIC], „Marianus" 1953 nr 4 s. 34-36; 1954 nr 1 (5) s. 5-11, nr 2 (6) s. 5-10, nr 3 (7) s. 6-11, nr 4 (8) s. 37-44; 1955 nr 1 (9) s. 18-23, nr 2 (10) s. 45-51, nr 3 (11) s. 69-75 nr 4 (12) s. 109-118.

Dług, dłużnicy, w: PEK t. IX-X s. 37.

Doctrina Russorum de statu justitiae originalis. [Dedykacja dla Jana Matulewicza], Cracoviae 1903 ss. 236. Recenzje z: Doctrina Russorum... „La Civilta Catholica" 55(1904) nr II s. 333; „Przegląd Powszechny" 22(1905) t. 86 s. 9-102.

Documenta de s. Casimiri Conf[essoris] reliquiis, [Vilnae 30 V 1922], KKDW 2(1922)59-60.

Dominikańskie prace biblijne, PEK t. IX-X s. 91-93.

